



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Synopsis || Rerum Variarum || Ab || Orbe Condito Ad
Sæculum Nostrum XVIII. || gestarum, simúlque ||**

Kolb, Gregor

Augustæ Vindelicorum, 1724

VD18 14497743

Series Romanorum Imperatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64332)

SERIES ROMANORUM

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanae Ecclesiae Promotores.	Imperatores Romanae Ecclesiae Persecutores.	Imperatores victorij, triumphis, & pacis con- cordia insignes.
--	--	--	--

SECULUM I.

Ex Julij Cæs. Stemmata.

1. Octavianus August. Symb. *Festina lente.* An. 44.
2. Tiberius. Symb. *Melius est condere pecus, quam de-glubere.* 19.
3. Caligula. Symb. *Oderint, dum metuant.* 4.
4. Claudius. Symb. *Generis nobilitas virtus.* 13.
5. Nero ex stemmate Cæsa-rum ultimus. Symb. *Artem quævis terra alit.* 13.
6. Galba Nob. Rom. Symb. *Miles legendus, non emen-dus.* m. 6.
7. Otto Nob. Hetruscus. Symb. *Unus pro multis.* m. 3.
8. Vitellius Nob. Rom. Symb. *Bonus odor hostis, melior civis occisi.* m. 7.
9. Vespasianus. Symb. *Impe-ratorem stantem mori de-cet.* 9.
10. Titus Vespas. fil. Symb. *Bonus Princeps orbis a-mor.* 2.
11. Domitianus Vesp. fil. Symb. *Fallax bonum Regnum.* 14.
12. Nerva. Symb. *Mens bona regnum possidet. Hasten-us omnes Itali.* 1.

Augustus in honorem
nati Servatoris aram
erexit hac inscriptione
ornatam: *Ara Primo-*
genito Dei.

Tiberius præcepit, ut
pœnas lucent illi, qui
ad supplicium deposce-
rent Christianos.

Claudius DD. Petro
& Paulo Romæ Eccle-
siam fundantibus hæud
obstitit.

Galba & Otto dum
rebus Christianis obi-
cem non posuerunt, Ec-
clesiam Rom. promo-
verunt.

Vespasianus & Titus
licet Mysteriorum di-
vinorum fortè ignari,
dum se tamen Dei vin-
dicis Vicarios contra
Hebræos probavere,
Christianis mirè profue-
runt, eorandem legio-
nes in pugnis & victo-
rijs sibi socias jungen-
tes.

Nerva sublatis ferreis
Domitiani legibus, exi-
lij pœnâ liberavit Chri-
stianos, quorum do-
ctrinam & mores lau-
dabat.

Nero *Persecutionis I.*
auth. & Tyrannorum
primus An. Christi 69.
DD. Apostolorum Prin-
cipes Petrum & Paulum
sustulit. Divi quoque
Marcus & Barnabas
mandante Nerone ce-
ciderunt cum multis
millibus, inter quæ DD.
Processus & Martinianus
Præfeti, atque 47. car-
cerum custodes eorum
subditi sanguinem fu-
derunt.

Domitianus *Persecu-*
tionis II. author inter
Principes Martyres oc-
cidit D. Cletum Rom.
Pont. securi percussum,
D. Joannem Evangeli-
stam & Domitillam
Clementis Consulis ne-
ptem, hanc in insulam
Pontiam, illum in Pat-
mon exules ejectos.

His Tyrannis majo-
ribus accesserunt Tyran-
ni minores multi, e. g.
Provinciarum Præsides,
inter quos Saturninus
Vir Romæ Consularis
D. Linum Pont. gladiò
percuti iussit.

Augustus annis 10. cum M.
Antonio & hostibus alijs vi-
ctor ferè perpetuus pugnavit,
inde triumphavit per tres dies
Romæ, triumphò ipsius D.
Augustini oculis optatò.

Idem nascente Servatore
templum Jani clausit, nun-
quam à bello Panico I. clau-
sum. Pax universæ terræ
concessa.

Vespasianus & Titus Anno
73. triumphum adornarunt
post devictos Hebræos. Du-
cti sunt in triumpho Joannes
& Simon præcipui seditio-
num duces cum 700. viris no-
bilissimis: palam ostendeban-
tur pretiosissima templi vasa
& ipsa Lex Moÿsis.

Idem Vespasianus templò
Jani clausò an. 77. *Pacis æter-*
næ honoribus sanum dedi-
cavit, persuadens sibi, de se
intelligi ea omnia, quæ de
Pacis Principe Christo scri-
pta invenit: hanc ob cau-
sam, teste Eusebio, severis-
simè inquire iussit in quos-
vis de stemmate Davidis na-
tos, ut omnium horum in-
ternectione demonstraret, o-
raculum non esse, quòd quis-
quam ex stemmate David fu-
turus sit Rex, *cujus regni*
non esset finis.

IMPERATORUM.

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. Item alia varia.
<p>Augustus duce Quintilio Varo amisit tres legiones à Germanis cæsas, quæ clades ad eò Cæsarem afflixit, ut caput ad parietem allidens, hæc verba ingeminaret: <i>Quintili Vare legiones redde!</i></p> <p>Victis Tiberij copijs viros Parthi Armeniam, Daci Mæsam, Sarmatæ Pannoniam, Germani Galliam depopulati sunt; contra Germanos eapropter sub Claudio Dux strenuissimus Corbulo inter Rhenum & Mosam duxit fossam profundam, 23. miliaribus longam.</p> <p>Otto prope Cremonam amissis suorum 40000. peremit se ipsum, unde mox Vitellius capessivit Imperium.</p>	<p>Augustus adoptatus à Julio Cæsare adoptavit Cæsarem Tiberium. Idem <i>Vallares ac Murales coronas</i>, nec non <i>phaleras & aureos torques</i> distribuit crebrò, nobilitatis insignia.</p> <p>M. Agrippam post navalem victoriam <i>Caruleò vexillò</i> donavit. Alios equestri dignitate decoravit. Aliquando 30. Ducibus iustos triumphos decerni curavit. Censores etiam aliquo tempore ommissos, creavit, augens simul Prætorum numerum.</p> <p>Liberis Senatorum, quò celerius Reipublicæ assuescerent, vitilem togam induere, & Curia interesse permisit.</p> <p>Idem in Comitijs tribunijs si defuerunt Candidati, Senatores ex Equitibus Romanis selegit.</p> <p>Claudius præteritò filiò Britannicò optimè merito, Neronem privignum creavit Cæsarem & Imperij hæredem, ita volente Agrippina matre.</p> <p>Galba Pisonem excludens Ottonem dixit Cæsarem.</p>	<p>Augustus Appollonia literis ex cultus Athenodorum præceptorem suum præstimavit. Mœcenati Equiti Romano literatorum amantissimo favens, Horatium & Virgilium lateri suo assidere permisit, æqualem ferè honorem Ovidio aliquamdiu indulgens.</p> <p>Idem Sybillæ Cumanæ æstimator, bis mille libros partim græcos, partim Latinos à varijs auguribus editos concremavit, ut Sybillini Vaticinij major esset æstimatio.</p> <p>Vespasianus ut præclara juvenum ingenia ad artes liberales magis accenderet, Latinis & Græcis Oratoribus in annos singulos bis mille quingentos Philippæos dedit, haud minori liberalitate Poëtas solatus.</p> <p>Titus Latinæ & Græcæ linguæ peritissimus, Orator item, Poëta & Musicus, Historicus & Philosophus, crebrò cum doctissimis Viris certasse, imò eosdem superasse scribitur.</p>	<p>Augustus Romam <i>Laternariam</i> invenit, <i>Marmoream</i> reliquit.</p> <p>Idem post devictum Antonium supra Adriacum Promontorium ædificavit Nicopolim.</p> <p>Vindelicorum Augustam etiam, aliasque urbes suo de nomine <i>Augustas</i> appellatas condidit.</p> <p>Tiberius Ratisbonam <i>Augusti Tiberij</i> vocatam fertur ædificasse.</p> <p>Claudius Portum Romanum ad ostia Tyberina, hujus verò filius Germanicus Coloniam Agrippinam condidit.</p> <p>Caligula & Claudius novos aquarum ductus Anicenis pararunt.</p> <p>Vespasianus templum Pacis condidit. Titus verò Romæ partem notabilem à Nerone flammis subjectam magna ex parte restituit.</p>

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis con- cordia insignes.
SECULUM II.			
13. Trajanus Nob. Hispan. Sym. <i>Qualis Rex, talis grex.</i> 18.	Hadrianus à D. Qua- drato, Antoninus à D. Ju- stino M. M. persuasi, fan- citiis legibus, & statutis in transgressores poenis, conniveri Christianis im- perârunt, eos solùm relin- quentes judici condem- nandos, qui de crimine accusati, & argumentis convicti invenirentur.	Trajanus <i>Persecutionis</i> III. author in odium fidei occidit plurimos, inter quos eminebant DD. Cle- mens Pont. Simeon, Ignatius Ep. Marcus Evang. Romulus Imperatoris aulæ Præfectus, Hyacinthus Trajani cubicularius, & undena militum millia in Armeniæ montibus occi- sa.	Trajanus victorijs mul- tis prostravit Perlas, Ba- bylonicos, Sauromatas, Bosphorianos, Arabes, Colchos & alios Indis confines populos; item Dacos & Parthos; unde <i>Dacicus & Parthicus</i> est appellatus.
14. Hadrianus Nob. Hisp. Sym. <i>Non mihi sed po- pulo.</i> 20.	Pertinax & Julianus nunquã severiùs quicquã in Christianos statuerunt.	Lucius Verus <i>Persecu- tionis IV.</i> author & Com- modus propagator, primæ notæ Martyres sustulerunt SS. Justinum, Polycarpum, Photinum, Apollonium Senatorem, Blandinam, Seprim.	Hadrianus victorijs in Britannia relatis jam cla- rissimus, duce Jul. Severo, quingenta Hebræorũ mil- lia delevit.
15. Antoninus Pius Nob. Ital. Sym. <i>Malo unum ciuem servare, quam mille hostes perdere.</i> 22.	Aurelius auxilio Chri- stianæ cohortis, quam <i>Legionem fulminatricem</i> dixerunt, obtentã de ho- stibus victoriã, fidem in- signis miraculi Romæ fa- cturus, literas miraculi testes ad Senatum dedit, simulque legem de non- vocandis in judicium Chri- stianis latam ampliùs con- firmavit.	Severus <i>Persecutionis V.</i> vel author vel adjutor.	M. Aurelius in angustias reductus Christianorum militum precibus & armis insignem de Bohemis, Moravis & Silesijs repor- tavit victoriam, celi ful- minibus etiam compro- batam.
16. M. Aurelius Nob. Ital. Sym. <i>Regni clementia custos.</i> 19.	Verus Aurelij frater. Sym. <i>Consulendum, sed & parendum consilio.</i> 9.		Pertinax Britannos, Par- thos, Dacos & Germanos in Austria & Bavaria pro- stravit.
17. Commodus Nob. Ital. Symb. <i>Pedetentim & paulatim.</i> 12.	Didius Julian. Mediolan. Pertinacis Collega. Sym. <i>Etsi pedem alterum in sepulchro haberem, ad- huc discere velle.</i> d. 76.		Severus post Byzantium triennali obsidione ein- ctum, & denique eversum Romæ triumphavit.
18. Helio Pertinax Ignob. Ital. Symb. <i>Militemus. dieb.</i> 32.	29. Septimius Severus Nob. Afric. Sym. <i>Laboremus.</i> 37.		

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Aestimatores.	Imperatores Urbium aut aedificiorum insignium Conditor. Item alia varia.
---	--	---	--

Commodus dum genio indulgit Tyrannus iners & effeminatus, Germani maximè jugum Romanum excusserunt.

Britanni inertiâ Commodi non minùs animati, suppetias Romanas unâ cum suo Duce trucidârunt, simulque ingentem murum ab Hadriano extructum solo æquârunt. Devicti tamen denuo sunt ab **Ulpio Marcello**.

Trajanus eos singulari honore & Nobilium insignibus æstimavit dignissimos, quos Reipublicæ operam integram navare, contemptò privatò commodò, compererat; unde privati commodi studiosos *Præsides Reipublicæ pestes* appellavit, & ab officijs removit.

Hadrianus perspectâ sibi Antonini Pij prudentiâ & virtutibus alijs per multis, eundem creavit *Cæsarem*, neglectis quibusvis alijs sanguine sibi propinquis.

Trajanus Virorum doctorum æstimator, juniorum Plinium, Cornelium Tacitum, Annæum Florum, Sælinum & alios permultos nostris etiam sæculis non ignotos aucthores, singulari favore complexus est. Idem quinque mille & sexaginta juvenes literatorum studijs peridoneos alebat.

Hadrianus ingenij & memoriæ præstantiâ par summis Doctoribus, Plutarchum, Suetonium, Favorinum & alios complures literatorum æstimatores æstimavit, & cum iisdem certavit, Apollodorum tamen *Censorem* suum audacem nimis sustulit.

Pertinax Latinæ & Græcæ linguæ peritus ante militiæ & Imperij sui annos linguam utramque docuit discipulos multos.

Trajanus Romam multis iisque venustissimis ædificijs exornans, sed iisdem suum nomen affigens à Constantino M. *Herba parietaria* fuit vocatus.

Idem Trajanopolim unam in Phrygia, alteram in Thracia cond. *Admirabilem pontem* in Hungaria supra Danubium extruxit.

Hadrianus supra fundum Hierosolymæ Æliam; item murum inter Scythiam & Britanniam, urbem *Hadriani venationem* dictam in Mysia: Juvaviam, nunc Salisburgum in Germania &c. cond.

Architectonica hoc II. seculo valde floruit Apollodoro Architecto insigni, hanc artem promovere.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorij, triumphis, & pacis con- cordia insignes.
--	--	--	--

SECULUM III.

10. Caracalla Septimij fil. Britan. Sym. <i>Omnis in ferro salus.</i> 6.	Alexander Severus ab Origene Doctore Christianorum lege paucis instructus, templum in Christi honorem ædificavit, & in Christianorum favorem lites decedit.	Maximinus <i>Persecutionis VI.</i> author Doctores maxime & Sacerdotes Catholicos è medio tolli mandavit, ut oves suis privaret Pastoribus.	Caracalla Parthos, Britanos & Germanos vicit, de Judæis triumphavit.
21. Macrinus Ignob. Mauritan. Sym. <i>Ferendū et sperandū.</i> 1.	Gordianus viris ad Christum conversis dedit copiam ædificandi aedes sacras, & jus adornandi paræcias.	Decius <i>Persecutionis VII.</i> author persecutus est inter Martyres ferè innumeros. Septem Fratres <i>Dormientes</i> dictos.	Severus Parthis Persisque victis triumphavit.
22. Heliogab. fil. Carac. Syr ⁹ Sym. <i>Suus quisq; optimus Heres.</i> 3.	Philippus à Pontio in Gallia Sacerdote & Martyre orthodoxa sacra edoctus, inter Imperatores primus extitisse est visus, qui Romanæ Ecclesiæ Sacramentum dixit sub D. Fabiano Pont.	Valerianus <i>Persecutionis VIII.</i> author adeo sæviit, ut quæ in Apocalypsi de Adventu Christi prænuntiàrat D. Johannes, jam tum impleri crederet D. Dionysius Alexand. Ep. Eminuerunt in eadem persecutione DD. Sixtus Pont. & Laurentius.	Maximinus Germanorū victor Germaniã vastavit, penetrans usque in Franconiã &c.
23. Alexand. Severus Nob. Syr. Sym. <i>Quod tibi hoc alteri.</i> 13.	Gallienus edicta promulgavit Christianis optatissima, quibus fidei populo concessit potestatem Conventus publicos celebrandi, & Sacra faciendi.	Claudius & Aurelianus <i>Persecutionis IX.</i> authores, inter alia iniqua mandata S. Codicem legi prohibuerunt.	Cladius Gothos, Illyricum & Macedoniam vastantes, ingenti clade prostravit, ingenti clade prostravit, Cæla feruntur brevi tempore Gothorum 320000. navium submersa 2000.
24. Maximinus Ignob. Thrax. Sym. <i>Quò major, eò laboriosior.</i> 3.	Tacitus datis ad omnes Provincias litteris encyclicis, persecutionem Romanæ Ecclesiæ ubivis terrarum inhiberi imperavit.	Diocletianus & Maximianus <i>Persecutionis X.</i> ejusque omnium atrocissimæ authores, in annos primò decem, dein verò pauciores tanta crudelitate sævierunt in Christianos, ut Martyrum non solàm multa millia, verùm milliones etiam fuerint numerati. Damnum Ecclesiæ illud etiam accessit hic maximum, quòd Christianorum libros & occisorum Martyrum catalogos flammis tradi jussert Tyranni.	Aurelianus Zenobiam Palmirensium Reginam & Tetricum nobilem Romanum, Galliæ Principatum per an. 10. sibi vendicantem duxit in triumpho splendidissimo à quatuor cervis in Capitolium ipse perductus.
25. Gordian. senior Nob. Ital. Sym. <i>Omnis Vita supplicium.</i> dieb. pauc.	Carus & Carinus Christianis plurimam indulisse, imò & favisse contra hostes & persecutores quosvis teruntur.		Probus Germanorum in Gallia Victor à novem eorundem Regulis propè Rhenum dona & obsides accepit. Triumphus Probi visus est superasse omnes: præter alia enim evulsas radicitus arbores plurimas Romæ plantari jussit, quibus in latissima area firmatis immisit ducentos leones cum centum leopardis & centum ursis, ac multis aliis minoris notæ animantibus, postquã pridie mille struthiones eù totidè cervis, nec paucioribus apris sylvestribus Romanus populus spectavit.
26. Gord. jun. Sym. <i>Princeps miser, quem veritas latet.</i> 6.			Carus præter Persas domitos tanta Polonos clade prostravit, ut cæsis sexdecim hostiù millibus, viginti eorundè captiva millia abstraxerit.
27. Philippus cum Philippo fil. Ignob. Arab. Symb. <i>Militia regno idonea.</i> 7.			Diocletianus multis in Ægypto, Asia & Europa, præsertim verò in Germania partibus victoriis aureo curru insidens, & unionibus exornatus Romæ triumphavit.
28. Decius Nob. Hung. Sym. <i>Apex Magistratus auctoritas.</i> 1.			
29. Trebonianus Nob. Gallus & Emilianus in Lybia nat. Sym. <i>Nemo amicus idem & adulator.</i> 1.			
30. Valerian. Nob. Ital. Symb. <i>Non acerba sed blanda.</i> 7.			
31. Gallienus Valerian. fil. Ital. Sym. <i>Prope ad summum prope ad exitum.</i> 8.			
32. Claudius Dalmata Nob. Symb. <i>Rex viva lex.</i> 2.			
33. Aurelianus Ignob. Hung. Sym. <i>Quò major, eò placabilior.</i> 6.			
34. Tacitus Ital. Nob. Sym. <i>Sibi bonus, aliis malus.</i> m. 6.			
35. Florianus Taciti trater Ital. Symb. <i>Injuria unius minè multorum.</i> m. 2.			
36. Probus Hung. Ignob. Sym. <i>Pro stripe labor.</i> 5.			
Imperatores cum Collegis.			
37. Carus Ital. Nob. cum filiis Numeriano & Carino. Symb. <i>Bonus Dux, bonus Comes.</i> 1.			
38. Diocletianus Ignob. Dalmata cum Maximiano Herculeo. Sym. <i>Nihil difficilius, quàm bene imperare.</i> 20.			

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. <i>Item alia varia.</i>
---	--	--	--

Macrinus à Parthis victus ingenti pecunia pacem ab eis est mercatus.

Decius accepta elade maxima à Scythis victoribus, unà cum filio fugitivus paludi immergitur.

Gallus pacem Romæ lucuosissimam Scythis victoribus concessit; primus Cæsarem Urbem Urbium Dominam tributariam faciens barbaris, ad quos complures Provinciæ Romanæ transfierunt.

Valerianus à Sapore Persarum Rege victus & captus ferreæ caveæ includitur, ex qua toties emittitur, quoties Rex barbarus equum conscendit stapedum locò Cæsaris tergum premens. Tandem jubente eodem Rege vivus pellem amisit.

Gallieno ignavia & luxuriæ dedito, Germani Galliam & Hispaniam invaserunt, minitati pariter transitum in Italiam. Gothi rapuerunt Græciam, Macedoniam & Pontum. Parthi occuparà Mesopotamiâ imperum in Syriam tentarunt &c. copiarum Præfetti, & per Provinciâs dispersi Præsides numero 30. Augustos honores ambierunt: unde

Germani armis assueti populi Romanis subjici iterum iterumque detrectant, Præsides Romanis partim occisis, partim copijs Romanis fugatis.

Macrinus à militibus creatus Imperator, mox Diadumenum filium creavit Cæsarem, quod alij Imperatores crebrò fecerunt: Philippus namque pater Philippum filium Imperij Collegam constituit.

Philippi exemplum secutus Decius genitor, Decium natum Imperij consortem sibi fecit. Exemplum testium addidit hoc seculo Trebonianus Volusianum filium creans Imperatorem.

Diocletianus Maximianum an. 284. Augustum creavit, Occidentis Imperiò in eundem translato: per annos itaque 20. tantâ concordia Tyrannus cum Tyranno agebat, ut eadem die & animo, non pari tamen constantia coronam & sceptrum reliquerint.

Idem anno 292. Constantium Chlorum & Galerium Maximianum Imperatores sibi junxerunt, hunc Orientis, illum Occidentis Imperio non pari fructu præficiendum.

Galerius Maximianus Maximianum sibi per Orientem Imperij Collegam sociavit Tyrannum Tyranno.

Alexand. Severus liberalium artium & literarum quarumvis ex æquo Æstimator, Viris eruditis de liberali mercede & premio prospexit; unde Opiano Poëtæ pro singulis versibus aureos singulos donavit. Ulpiano Jurisperito Alexander Tyro commendatus, tanti Præceptorem suum duxit, ut eundem prætorianæ cohortis Præfectum constituerit, & aliquando præfidorum militum gladijs petum suamet purpurâ in tuto collocarit.

Gordianus junior literis apprime instructus Mithæum virum Romæ doctissimum simulque armis strenuissimum maximi æstimavit, plures sibi optans Mithæos, aut saltem Mithæorum Discipulos.

Imperator Tacitus multorum Historicorum Mœcenas insignis Cornelium Tacitum Historicum sanguinis propinquitate sibi conjunctum esse gloriabatur.

Imperatores reliqui hujus seculi Armatam Palladem magis, quàm Literatam æstimare didicerunt.

Antonin. Caracalla thermas Antonini nomine appellatas in multorum solatium extruxit.

Idem putatur Memingam in Suevia erexisse.

Frisingam olim Fruxinum dictam à Romanis Præsibus hoc seculo erectam scribunt nonnulli.

Philippus Philippopolim in Arabia erexit. Solie etiam templum à se extructum infinita propemodum auri, gemmarumque multitudine exornavit.

Aurelius Urbem laxioribus mœnibus circumdedit. Aureliam Franciæ urbem condidit.

Probus brevi temporis spatio 70. urbes per universam Franciam sitas, easque à Germanis Romani Imperij hostibus dirutas, in pristinum suum statum, aut pristino meliorem restituisse dicitur.

Diocletianus Romam & Nicomediam splendidis exornavit ædificiis.

Aureus numerus huic seculo originem suam debet.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis con- cordia insignes.
SECULUM IV.			
Stemma Constantij Chlori.	Constantius Chlorus etsi fortè nò Christianus, Chri- stianos tamen clam & palā promovit, dimissis ex aula iis omnibus, qui Christum non seriò professi sunt.	Galerius Maximian. cū Tyrānis socijs Maximino, Maxentio & Licinio per O- rientis maximè Regna Ec- clesiam afflixit, <i>Persecu- tionem Diocletianam</i> pro- sequens.	Constantius Chlorus pluribus victorijs Germa- nos Alpibus proximiores sibi subiecit, pari fortunā subigens Britannos.
39. Constantius Chlorus Ital. Nob. Sym. <i>Virtus dum patitur, vincit.</i> 14.	Constantius M. quā au- xilij, quā consilijs Ecclē- siæ Romanæ rebus incre- mentum dedit omni ex par- te maximum, Legibus pro Ecclesia latis, extructis sa- cris Edificijs, donis Ecclē- siæ datis ferè innumeris.	Constantius II. etsi Con- stantini M. filius, Arianus tamen & <i>Persecutionis IX.</i> author, D. Athanasij Ale- xandriæ Præulem cum so- cijijs Episcopis nullo non tempore afflixit.	Constantinus M. Maxi- miani Herculei, Galerij Maximiani, Maxentij, Li- cinij & multorum aliorum hostium Victor gloriosus, dum Romæ triumphavit, <i>S. Crucis signo</i> victorias suas adscripsit hæc epigra- phe: <i>Hoc salutaris signo, verò fortitudinis indicio, civitatem vestram Tyran- nidis iugo liberavi, & S. P. Q. R. in libertatem vin- dicans, pristinae amplitu- dini & splendori restitui.</i>
Galer. Maximian. Ignob. Thrax Collega. Sym. <i>Tu- tum silentij præmium.</i>	Concilio Nicææ I. Prote- ctor adfuit &c.	Julianus Apostata <i>Per- secutionis XII.</i> author Chri- stum <i>Fabram lignarium</i> aut <i>Galileum</i> blasphemio- re vocitare solebat. Chri- sti gregem non solū gla- diò, sed etiam calamò im- pugnavit illorum libello- rum ipsemet Scriptor, quos D. D. Nazianzenus & Cy- rillus solidissimè refutā- runt. Idem etiam Chri- stianis literarum studio interdixit.	<i>S. Crucis signo</i> victorias suas adscripsit hæc epigra- phe: <i>Hoc salutaris signo, verò fortitudinis indicio, civitatem vestram Tyran- nidis iugo liberavi, & S. P. Q. R. in libertatem vin- dicans, pristinae amplitu- dini & splendori restitui.</i>
40. Constantinus M. Con- stantij filius. Sym. <i>Imme- dicabile vulnus ense re- cidendum.</i> 31.	Jovinianus in Orthodoxa Fide inter adversa etiam constantissimus, Juliano Apostatæ apertè contradi- xit. Imperatoriam dein di- gnitatem præs non adini- sit, quàm milites Cæsaris Electores ad Christi Sacra amplectenda se pronos o- stenderunt.	Valentinian. I. Cæsar crea- tus templa Arianis ademit, ut Episcopis Romanis red- deret; Aruspices etiam su- perstitionibusque addictos sacrificulos concremari iussit, ut locus amplior esset Sacerdotibus Orthodoxis.	Valentinianus I. Gothos Thraciâ expulit, Suevos, Francones, Saxones & Bri- tannos compefcuit; Polo- nos & Silesios Pacem pe- tere coegit.
41. Constantinus II. Symb. <i>Patiens sit Principis auris.</i>	3	3	3
Constantius II. Symb. <i>Difficilia, qua pulchra.</i>	24	24	24
Constans. Symb. <i>Crescente super- bia, decrescit for- tuna.</i>	13	13	13
42. Julianus Apostata nepos Constantini M. Sym. <i>Pen- nis suis feriri grave.</i> 1.	Valentinian. I. Cæsar crea- tus templa Arianis ademit, ut Episcopis Romanis red- deret; Aruspices etiam su- perstitionibusque addictos sacrificulos concremari iussit, ut locus amplior esset Sacerdotibus Orthodoxis.	Valens Valentiniano fra- tri totus denique contra- rius, præter multa crude- litate exempla palam ex- hibita, octoginta Sacerdo- tes Orthodoxos sibi factos supplices simul navigio imponi, dein verò in me- dium maris deduci, ac tan- dè concremari mandavit.	Theodosius M. de Ma- ximo, Eugenio & Arbo- gaste Tyrannis relatā vi- ctoriā, etiam miraculis demonstratā, Triumphum Deo hostium Ecclesiæ Vi- ctori supremo tribuit, Con- stantinopoli tamen trium- phavit.
43. Jovinianus Nob. Hung. Sym. <i>Scopus vite Christus m.</i> 8.	Theodosius M. virtute & Religione Imperator jure dictus <i>Magnus</i> doctrinam Arij extirpare laboravit; præcepit edictò publicò, ut <i>omnes eam profiterentur Fidem, quam D. Petrus Ro- ma docuisset, & D. Dama- sius Pont. tunc temporis do- ceret.</i> Idem Conciliū Con- stantinopolitanū L. defen- dit, crebrò auditus dicere: <i>Pluris sibi esse Christiani, quàm Cæsaris Nomen.</i>	His Tyrannis accesserunt hoc seculo Imperatrices dux Arianæ, Eusebia prima, Eudoxia altera, quarum hæ Arcadij Con- jux D. Chrylostomum, al- tera Constantii Imperatrix D. Athanasium in exilium expulit.	Theodosius M. de Ma- ximo, Eugenio & Arbo- gaste Tyrannis relatā vi- ctoriā, etiam miraculis demonstratā, Triumphum Deo hostium Ecclesiæ Vi- ctori supremo tribuit, Con- stantinopoli tamen trium- phavit.
44. Valentinian. I. Nob. Hungar. cum Valente fratre. Symb. <i>Princeps Servator justus.</i> 11.	Theodosius M. virtute & Religione Imperator jure dictus <i>Magnus</i> doctrinam Arij extirpare laboravit; præcepit edictò publicò, ut <i>omnes eam profiterentur Fidem, quam D. Petrus Ro- ma docuisset, & D. Dama- sius Pont. tunc temporis do- ceret.</i> Idem Conciliū Con- stantinopolitanū L. defen- dit, crebrò auditus dicere: <i>Pluris sibi esse Christiani, quàm Cæsaris Nomen.</i>	His Tyrannis accesserunt hoc seculo Imperatrices dux Arianæ, Eusebia prima, Eudoxia altera, quarum hæ Arcadij Con- jux D. Chrylostomum, al- tera Constantii Imperatrix D. Athanasium in exilium expulit.	Theodosius M. de Ma- ximo, Eugenio & Arbo- gaste Tyrannis relatā vi- ctoriā, etiam miraculis demonstratā, Triumphum Deo hostium Ecclesiæ Vi- ctori supremo tribuit, Con- stantinopoli tamen trium- phavit.
45. Gratianus & Valenti- nianus II. Valentin. I. filij. Sym. <i>Non quamdiu, sed quam bene.</i> 6.	Theodosius M. virtute & Religione Imperator jure dictus <i>Magnus</i> doctrinam Arij extirpare laboravit; præcepit edictò publicò, ut <i>omnes eam profiterentur Fidem, quam D. Petrus Ro- ma docuisset, & D. Dama- sius Pont. tunc temporis do- ceret.</i> Idem Conciliū Con- stantinopolitanū L. defen- dit, crebrò auditus dicere: <i>Pluris sibi esse Christiani, quàm Cæsaris Nomen.</i>	His Tyrannis accesserunt hoc seculo Imperatrices dux Arianæ, Eusebia prima, Eudoxia altera, quarum hæ Arcadij Con- jux D. Chrylostomum, al- tera Constantii Imperatrix D. Athanasium in exilium expulit.	Theodosius M. de Ma- ximo, Eugenio & Arbo- gaste Tyrannis relatā vi- ctoriā, etiam miraculis demonstratā, Triumphum Deo hostium Ecclesiæ Vi- ctori supremo tribuit, Con- stantinopoli tamen trium- phavit.
Stemma Theodosij.			
46. Theodosius M. Hispan. Nob. Sym. <i>Eripere te- lum, non dare irato de- cet.</i> 16.			
47. Arcadius & Honorius Theodosij M. filij. Sym. <i>Summa cadunt subito.</i> 28.			

Imperatores cladibus & Imperij dananis notii.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Aestimatores.	Imperatores Urbium aut aedificiorum insignium Conditor. <i>Item alia varia.</i>
---	--	---	---

Hujus Saeculi Tyranni magis, quam Imperatores, cladibus sanè magnis à Constantino M. sunt deleti ad internecionem.

Constantinus II. à fratre Constante propè Aquileiã superatus, occisus & flumini immersus.

Constantius à Sapore Persarum Rege novem victoriis in Asia extremas in angustias redactus, haud tamen Arianam hæresin deseruit, eventibus profusus raris & miraculo similibus haud emendatus.

Julianus Apost. altero Imperij anno in angustijs Persiæ deprehensus, ingentem suorum cladem morte sua blasphemata auxit.

Valens à Gothis, Alanis & Hunnis victus, lethali-que vulnere sauciatus, dum in agræstem casam haud procul Adrianopoli deportatur, inter flammam, ab ignaris cum in locum coniectas, conflagrat.

Gratianus propè Lugdunum in Gallia à Maximo Tyranno victus, morte sua parentavit plurimis suorum victis & trucidatis. Fratrem brevè secutus est frater Valentinianus II. ab Arbogaste suffocatus.

Constantinus M. Crispum filium, Licinium Sororium, Licinium & Gallum ex Constantia sorore nepotes creavit Cæsares.

Valentinianus I. Valentem fratrem, Imperij Collegam constituit, dein verò Gratianum & Valentinianum filios dixit Augustos.

Gratianus Theodosium M. ob insignes victorias & consilia saluberrima Theodosium M. inter Cæsares meritò numeravit.

Theodosius M. Arcadium anno 377. natum, dein verò anno 385. octennem parvulum jam Augusti honoribus impertivit, prærogativam in Imperio æqualem filio alteri Honorio, octo pariter annos numeranti concessit.

Arcadius Theodosium filium in cunabulis jacentem jam creavit Augustum, qualis ferè honor exhibitus est à Theodosio Valentiniano III. ex Placidia Honorij filia nato.

Constantinus M. in juventute literis apprimè instructus, multisque viris doctrinâ insignibus comparandus, quò doctiores invenit, eò plures aestimavit: scripsit ipsemet Augustam manu multas orationes, quarum magnam partem recitavit. *Vid. Card. Bellar. de Scriptor. Eccles.*

Gratianus ab Ausonio in Gallia nato Poëta, & Oratore præstantissimo literis & moribus optimè instructus Præceptorem suum populo Romano præfecit Consulem, nondum tamen satis honorasse Ausonium sibi visus, gratitudinis causâ dixisse fertur: *Solvi, quod debui, & adhuc debeo, quod solvi.*

Arcadius & Honorius Theodosij M. uterque filius, à Præceptore D. Arsenio Diacono Romano præclara eruditione imbutus, didicit aestimare maximi Arsenium & Viros quosvis eruditos, exemplò Posteris observandò.

Constantius Chlorus aedificavit Constantiam in Suevia, ut haberet in eadem præsidium perpetuum adversus Germanos identidem Romanis resistentes.

Constantinus M. in memoriam D. Matris Helenæ erexit Helenopolim.

Idem Romam alteram, Constantinopolim nempe extruxit, quam honoribus B. V. dedicavit.

Idem tum Romæ, tum Constantinopoli, tum in alijs multis Romani Imperij Regnis ac Provincijs erexit aedificia & templanti Cæsaris monumenta clarissima, quorum ultima in *Crucis* modum extru curavit.

Gratianus in Sabaudia thermas restauravit. Basilicam quoque jam seculis prioribus aedificatam duobus propugnaculis fortiorum reddidit adversus impetus Germanorum.

Valentinianus I. Brisacum communivit ampliùs adversus Suevos, quibus intra Rhenum & Nigarum adempta est Regio. Quia affirmant à Probo jam Brisacum propugnaculis esse auctum.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis con- cordia infignes.
SECULUM V.			
48. Theodosius II. Arcadij filius. Sym. <i>Tempori pa- rendum.</i> 42.	Theodosius II. hortatu sororis suæ S. Pulcheriæ edictis publicis in angu- stias redegit Hæreticos, Judæos & Paganos. Im- munitatis etiam Ecclesi- asticæ hostes suppressit. Concilio Ephesino stren- nuam operam navavit.	Prædicti decem Turba- tores potius Imperij, quàm Imperatores per annos 20. tuâ desidia vel invidia Tyrannis exteris, iisque vel Hæreticis vel Barbaris dedere spatium penetran- di in Italiam, Africam, aliâsque mundi plagas, in quibus supra modum affli- xerunt Ecclesiam.	Theodosius II. Duce suo Artaburio Isdegerden Per- sarum Regem clade ma- xima prostravit; Persa- rum centum millia ceci- disse ferunt. Idem eodem Duce Joannem Romæ vi- rum potentissimum, ideò que Solio insidiantem fe- liciter superavit, ope cæ- lestis etiam Genij adjutus.
49. Valentinianus III. Ho- norij ex filia nepos. Sym. <i>Omnia mea mecum por- to.</i> 31.	Valentinianus III. Cle- ricos adversus Secularium Judicium machinas forti- ter defendit.	Anastasius Eutychno- rum Hæreticorum Fautor publicus Euphemium Con- stantinopolis Antistitem urbe ejecit, subrogato in Euphemij sedem Timo- theo Eutychno.	Duce Joannem Romæ vi- rum potentissimum, ideò que Solio insidiantem fe- liciter superavit, ope cæ- lestis etiam Genij adjutus. Valentinianus III. Duce suo Aetio & Clodovæo Francorum, nec non Theo- dorico Gothorum Regi- bus tunc armorum socijs Auliam Hunnorum Re- gem potentissimum propè Tolosam in Occitania ad internecionem delevit.
Post Valentinianū III. per annos 20. secuti sunt de- cem Imperatores, aut potius Turbatores Im- perij, Imperatoris no- mine haud digni. Ad- sericim tamen Imperato- rum continuandam se- quuntur per tria secula Cæsares Orientis.	Martianus Concilium Chalcedonense unâ cum D. Pulcheria conjuge simul & Virgine Augusta con- stanter juvit.	Idem D. Hormisdæ Pont. Legatos nequidem in con- spectum admisit, verum rimoso impositos navigio extremo vitæ periculo ex- posuit. Tandem eò per- venit vesaniæ, ut Catholi- corum multos sepe cir- cumdatos jugulari præce- perit.	Valentinianus III. Duce suo Aetio & Clodovæo Francorum, nec non Theo- dorico Gothorum Regi- bus tunc armorum socijs Auliam Hunnorum Re- gem potentissimum propè Tolosam in Occitania ad internecionem delevit. Marianus Mauritaniz feroces populos procul Imperij finibus arcuit, Avitum etiam Romæ Se- natorem Imperij fascibus inhiantem perdomuit.
50. Martianus Nob. Illyric. Sym. <i>Pax bello prior.</i> 6.	Leo I. datis varijs epi- stolis ad Viros in Ecclesia miraculis claros eos hor- tatus est ad Fidei Roma- næ dogmata in Concilio Chalcedonensi probata, miraculorum multitudine demonstranda.	Idem D. Hormisdæ Pont. Legatos nequidem in con- spectum admisit, verum rimoso impositos navigio extremo vitæ periculo ex- posuit. Tandem eò per- venit vesaniæ, ut Catholi- corum multos sepe cir- cumdatos jugulari præce- perit.	Marianus Mauritaniz feroces populos procul Imperij finibus arcuit, Avitum etiam Romæ Se- natorem Imperij fascibus inhiantem perdomuit.
51. Leo I. Thrax Nob. Sym. <i>Regis clementia virtus.</i> 17.			
52. Zeno Isaurus Ignob. Sym. <i>Malo nodo malus cuneus.</i> 16.			
53. Anastasius Macedo Ignob. Sym. <i>Mellitū ve- nenū blanda oratio.</i> 26.			
Leo II. Leonis I. filius & Basiliscus à multis non numerantur in serie Ro- manorum Imperatorum.		Basiliscus Tyrannum in- duit, & hæresin Eutychia- nam restituit pulsus in exilium Episcopis Ortho- doxis.	

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. <i>Item alia varia.</i>
---	--	--	--

Aspares Theodosij II. Dux à Genferico Vandalorum Rege in Africæ finibus victus, amissæ viatoris & acceptæ cladis nuntius tristis, Constantinopolim redijt.

Attila occupatâ Hungariâ Thraciam, Macedoniam & Illyricum depopularus est, cui adhæc grande tributum solvit Theodosius II.

Leonis I. classis, pluribus quàm mille constans navigijs, inertiam Basilisci Supremi classium Præfecti ferè omnis est amissa eo tempore, quo Occidentis Imperium varijs Tyrannis in prædam cessit.

Anastasius ter à Persis & Gethis victus, tribus amissis belli Ducibus Supremis, cœli fulmine percussus interijt an. Imp. 17.

Theodosius II. Pulcheriam sororem annum ætatis 16. agentem creavit Augustam & Imperij Sociam.

Idem Martianum gregarium militem post editas pugnas egregias varijs honoris ac dignitatis honoravit titulis & officiis: hunc ipsum Martianum annuentibus cunctis Pulcheria creavit Augustum.

Leo I. Zenonem & Basiliscum nec seriò Orthodoxos, nec Imperio idoneos, ad summos dignitatum apices promovit, in vitis Imperij Proceribus, & populo ferè univèrso.

Theodosius II. inter Imperatores extitit primus, qui Leges Romanas in Codicem colligi mandavit. Constantinopoli ut præ armorum strepitu vigerent Eruditorum collegia, multam impendit operam. Bononiæ item in Italia Academiam suis sumptibus erexit, venturis post se Imperatoribus exemplum præbens imitatione dignissimum.

Leo I. literarum amator adeò fuit insignis, ut crebro exclamârit: *Utinã liceret meo tempore, quaerantur in milites, in Professores Artium impendere.*

Theodosius II. & Pulcheria Constantinopolim multis ædificiis exornârunt.

Idem Theodosius Nordhusiam in Saxonia ædificasse putatur.

Valentinianus II. auctore Aetio tertium murum extruxit inter Britannos & Scotos.

Attila Galliam Cisalpinam invadente, Veneti in paludes & vicinas insulas se recipientes Venetijs fundamenta jecerunt.

Hoc aut sequenti seculo cœperunt anni à Christo nato numerari, Auctore præcipuo Dionysio exiguo, aut juxta alios Flavio dextrò.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanae Ecclesiae Promotores.	Imperatores Romanae Ecclesiae Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis con- cordia infignes.
--	--	--	---

SECVLVM VI.

54. Justinus I. Thrax Ignob.
Sym. *Quod pudet, hoc
pigeat.*
55. Justinianus Illyric. Ju-
stiniani nepos. Sym. *Sum-
mum Jus, summa in-
juria.* 38.
56. Justinus II. Thrax Ju-
stiniani ex sorore nepos.
Sym. *Libertas res inesti-
mabilis.* 13.
57. Tiberius II. Thrax
Ignob. Sym. *Stips pau-
perum, Thesaurus di-
vitem.* 3.
58. Mauriti. Nob. Cappa-
dox. Sym. *Quod timi-
dum, idem crudele.* 19.

Justinus I. Rom. Reli-
gionis Propugnator eos,
quos Anastasius in exilium
ejecit, ipse continuo re-
petit: severissima quo-
que contra Arianos edicta
promulgavit; Chalcedo-
nensis è contrario Concilij
decreta servari integrè
præcepit &c.

Justinus II. Rei Catho-
licæ Defensor, Ecclesiae
statuta servari præcepit, ne-
minem magis averfatus,
quàm Novatores. De *Con-
stantia* tamen Justinii II.
dubitant non pauci.

Tiberius Romam obsi-
dione Longobardorum &
fame liberavit.

Mauritius Imperij fasces
ita tenuit, ut Ecclesia nul-
la sui parte diminuta plu-
rimùm verò fuerit aucta
multis ejus victorijs.

Justinianus Ecclesiae pri-
mò Propugnator, sed in
senectute partim Theodo-
rae Imperatricis, partim
Pseudo-Episcoporum ma-
chinationibus seductus,
causas Ecclesiasticas sibi
perperam sumpsit judi-
candas; Eutychium Con-
stantinopolis Episcopum
exulem abegit, hujus in-
locum promotò Joan. Scho-
lastico rerum sacrarum
venditore simoniacò: quin
ex consensu Latinorum &
Græcorum Scriptorum hæ-
resin Eutychianam proba-
vit: quare Sylverium & Vi-
gilium haud immeritò sibi
contrarios Pontifices dire-
persecutus est, alterum in
exilium ejeci, alterum du-
rissimo carceri includi, vel
malè permittens, vel pe-
jus præcipiens.

Justinianus in tribus
orbis partibus Belisarij &
Narsis operâ devicit ho-
stes potentissimos; in Eu-
ropa 3. Gothorum Reges
Vitigem, Totilam &
Tejam: in Asia Cosroem
Persarum, in Africa Gili-
merem Vandalorum Re-
gem, quorum ultimum
Constantinopoli in trium-
pho duxit.

Tiberius recepit in fi-
dem Mesopotamiam: Per-
sas victos & captos lautè
habuit, & splendide orna-
tos in patriam remisit;
unde Cosroem Regem adeò
commovit, ut ne Persarum
quispiam deinceps Rom.
Imperatorem bellò lacel-
feret, lege prohibuerit.

Maurit. Persarum Vi-
gor Armenos fudit, Scy-
thas Mæsia expulit, Longo-
bardos repressit, Hunnos
variè devicit.

Imperatores claudibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilitum Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Aestimatores.	Imperatores Urbium aut aedificiorum insignium Conditor. <i>Item alia varia.</i>
--	---	---	---

Dum Justinus II. Sophiae conjugis instinctu Narsetem ab officio removit, Alboinum Longobardorum Regem in Italiam cum exercitu vocatum intellexit; unde exordium habuit Longobardorum Regnum.

Idem dum Persis bellum indixit, ex illatae cladis gravissimae nuntio phrenesi & tandem morte correptus est.

Caganus Hunnorum Rex cum in captivitate detineret de Mauritij exercitu 12000. militum, quae Mauritius tamen nec precibus nec pretio liberaret, iratus Rex barbarus, ad unum omnes trucidari jussit, sanguinem Christianorum omni auro pretiosorem nullo in pretio habens.

Justinus I. Justinianum ex sorore nepotem in filium & Imperij haereditem adoptavit.

Justinianus exemplum Justiniani secutus, Justinum II. ex Vigilantia sorore natum creavit Imperatorem.

Justinus II. haereditibus destitutus Tiberium supremum aulae Praefectum Imperatoris insignibus decoravit.

Tiberius II. non minus, quam omnes reliqui hoc seculo Imperatores haereditibus masculis destitutus, Mauritiu[m] generum suum nuncupavit haereditem & successorem in Imperio, addita hac sententia eodem dignissima: *Non meliorem esse lapidem sepulchralem, quam bonum successorem relinquere.*

Justinianus Leges Romanas dispersissimas operam Treboniani & aliorum Jurisperitorum in pauca volumina redegit, Jus universum Caesareum primo duobus complexus libris, quorum alterum *Codicem Justinianum*, alterum *Digesta* seu *Pandectas* appellavit. Jussit denique etiam in lucem edi *Institutiones*.

Mauritius in juventute literis probe excultus, didicit deinceps otium, ebrietatem, luxuriam & quodvis vitium summopere detestari, si avaritiam forte exceperimus.

Justinianus templo Constantinopolis principe flammis consumpto, extruxit templum D. Sophiae, hoc est Divinae Sapientiae dedicatum: quod suo pretio & artificio plurimum superavit aedem illam, quam Constant. M. crexit.

Idem Constantinopoli restauravit templum a Constant. M. in honorem D.D. Apostolorum erectum: Constantinopolim etiam magnam partem vel erectam, vel immutatam dixit *Urbem Justinianeam*. Denique Antiochiam terrae motu totam fere sola aequata restituit, & Theopolim vocavit.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romana Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romana Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis con- cordia insignes.
--	--	--	---

SECULUM VII.

59. Phocas Cappadox Ignob. Symb. <i>Fortunam citius reperias, quam retineas.</i> 8. Stemma Heraclij.	Heraclius quamdiu ritè credidit, inter Miracula S. Crucis, Ecclesiæ hostes vicit, perpetuus Victor & Triumphator Davidi in ferenda Arca Fæderis simillimus; Crucem enim ipse parî modò portavit, & Hierosolymis restituit, unde suum principium accepit Dies Ecclesiæ festivus, cui ab Exaltatione S. Crucis nomen.	Phocas dum Imperium pessumdedit, Ecclesiam innumeris malis afflixit. Heraclius post multa miracula S. Crucis virtute patrata, lapsus in lasciviâ, & denique in Monothelitarum hæresin, quin magiæ etiam addictus in fine dolores nimiam quantum auxit Ecclesiæ.	Persæ Heraclio pacem petenti repulsam dantes ab eodem prælijs pluribus victi, Provincias & urbes plurimas Victori reddiderunt; ipse Cosroes Rex à filio Syroë interemptus est, quòd Heraclio pacem negasset.
60. Heraclius African. Nob. Sym. <i>A Deo victoria.</i> 31.	Constantinus III. paucorum mensium Imperator, Ecclesiam desideriis magis, quàm factis defendit, è medio sublatus ab hostibus Ecclesiæ & Imperij.	Constans II. S. Martinum Pontif. missis Romam usque copiis capi, & Constantinopolim usque pertrahi jussit, quem proin mensibus sex in carcere detinuit gravissimis catenis onustum.	Constantinus IV. Saracenos Constantinopolim gravissima obsidione prementes constantissimè repulit; decretoriâ tandem pugna penitus devicit eos, Cœli præsidio adjutus.
61. Constantinus III. Heraclij fil. Symb. <i>Insania lata voluptas.</i> m. 5.	Constantinus IV. datis Romam epistolis author fuit Pontifici, ut Concilium Constantinopolitanum III. celebraret, in quo Monothelitarum error damnatus, rejectusque simul fuit Constantis typus & Heraclij Ecthesis.	Idem Tyrannus multis prælijs tum in Asia, tum in Europa superatus, Romam divitiis sacris & profanis spoliavit.	Justinianus II. Armeniam, Albaniam & Mediam Saracenis eripuit, quin præsidium etiam ex Libano monte impetravit ad eò potens, ut Abdimelech Rex eodem victus, Africa partem reddiderit, & tributum annuum promiserit.
62. Heracleon Heraclij incestuosus fil. Sym. <i>Mali principij malus exitus.</i> m. 6.			
63. Constans II. Constantini III. fil. Sym. <i>Parendum necessitati.</i> 28.			
64. Constantinus IV. Constantis fil. Symb. <i>Quod citò fit, citò perit.</i> 17.			
65. Justinianus II. Constantini fil. Sym. <i>Mulvi nimum, nemo satis.</i> 16.			

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. <i>Item alia varia.</i>
<p>Sub Phoca Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia, Syria, Phœnicia & Palæstina à Cosroe II. fuit depopulata, Hierosolyma verò expilata, S. Crux Christi usque in Persidem delata. Ex altera parte Hunni, Dalmatæ & Europam vastârunt. Longobardi vexabant Italiam. Sclavi Dalmatiam & Illyricum. Hispania Gothis, Gallia verò Francis cessit in prædam. Africam infestabat Mahomet.</p> <p>Constans II. à Saracenis bis victus Africam, Cyprium & Rhodum amisit.</p> <p>Justinianus II. in ita cum Saracenis pacem violans, victoriam, exercitum & coronam amisit, naribus etiam mutilatus, & in exilium ejectus sic jubente Leontio.</p>	<p>Heraclius à Senatu Constantinopolitano contra Phocam Cæsar probatus, filium suum Constantium unius duntaxat anni parvulum jam creavit Augustum ob bellum Perticum, quod Romano Imperio & Ecclesiæ erat periculosissimum.</p> <p>Constantinus IV. Justinianum II. filium anno ætatis 13. Imperij Collegam creavit.</p> <p>Justinianus II. Leonem Isaurum parentis è plebe filium Ducum honore insignivit, haud præsciis malorum plurimorū, quæ ex Leonis promotione in Ecclesia & Imperio secuta sunt.</p>	<p>Heraclius ab Heracliano genitore idoneis præceptoribus commendatus, quamdiu perseveravit esse bonus, tamdiu Musas amavit, & commendavit.</p> <p>Constantinus III. patre Heraclio adhuc imperante, probatis moribus & literis instructus, seriam impendit operam, ut filij Constans & Theodosius vestigia patris premerent.</p> <p>Constantinus IV. ut filius Justinianus & Heraclius virtutibus Catholicis & literis imbuti prodesse omnibus, utrumque Romam misit Benedicti II. Pontificis arbitrio plenè commissos.</p>	<p>Distinctio horarum per campanæ sonitum cœpit fieri auctore Sabimiano Rom. Pont.</p> <p>Ignis græcus Callinici Architeciti inventum mox suis Authoribus & alijs obfuit, & profuit plurimum.</p> <p>Urbs S. Galli in Helvetia conditur.</p> <p>Herbipolis ædificatur.</p> <p>Praga & Cracovia conditores suos Cracum & Primsislaum cæperunt venerari.</p>

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romana Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs triumphis, & pacis con- cordia insignes.
SECULUM VIII.			
66. Philippus Bardanes Nob. Constantinopolitan. Sym. <i>Fortuna citò reposcit, quod dedit.</i> 2.	Theodolius III. relu- ctante animo Imperator electus, cum turbatissi- mum contempleretur Im- perium, nec Ecclesiæ pro- desse posset innumeris ex- positus periculis, hinc Monachi habitum induit, hoc maximè modo pro- futurus sibi & Ecclesiæ.	Bardanes proscriptam in Synodo VI. Oecumeni- ca Monothelitarum hære- sin ab inferis reocavit: Bulgaris hostibus barbaris impunè omnia concessit: Joannem insignem hære- ticum cum socijs hæreticis promovit.	Theodosius III. Con- stantinopolim sex men- sium obsidione à varijs hostibus inclusam libera- vit.
67. Arthemius seu Anasta- sius II. Philippo à Se- cretis. Sym. <i>Si non dat, accipit ultro.</i> 2.	Constantinus filius & Irene mater Synodum inter Oecumenicas VII. Nicæ- nam II. quæ consilijs, quæ auxilijs strenuè adjuve- runt; unde à 350. Episco- pis Iconoclastarum hæresis est damnata, & suus sacris Imaginibus cultus, Tem- plis verò ac Monasterijs suis decor fuit restitutus.	Leo Isauricus Deo, Di- visque bellum intulit in- pium, Ofor sacrarum Imaginum maximus; ipsius enim <i>DEI Hominis & Ma- gnæ Virginis Matris</i> effi- gies in foro publico con- cremavit.	Leo III. Constantinopo- lim trium annorum obsi- dione à Saracenis circum- fessam servavit adversus hostes, quos tamen po- tius vicere mortes & mor- bi, quàm obsessorum con- stantia.
68. Theodosius III. Nob. Constant. Sym. <i>Patientia remedium malorū.</i> 1.	Stemma Leonis III.	Constantin. Coprony- mus Christi Matrem <i>Dei- param</i> appellari prohibuit, hunc in finem 338. hære- ticorum conciliabulum coegit, ut plurimorum faucibus contra Deiparam & SS. Iconum Religionem debaçcharetur.	Constantinus V. Arta- vastum electum Cæsarem à populo, & Anastasium Pseudo-Patriarcham ca- ptos duxit in triumpho.
69. Leo III. Ignob. Isaurus. Symb. <i>Occulti inimici pessimi.</i> 24.	70. Constantinus V. Leonis filius cognomentò Co- pronimus. Symb. <i>Quid sine pectore corpus.</i> 34.	71. Leo IV. Constantini V. filius. Sym. <i>Quò fortuna, si non uteris?</i> 5.	Irene Nicephorum Con- stantini filij patruū scepro insidiantem repetitis præ- lijs fugavit ex Italia: Hel- vidium etiam virum Patri- tium res novas in Sicilia molientem superavit; nec minùs Sclavorum & Ara- bum impetus repressit.
72. Constantinus VI. Leo- nis IV. filius. Sym. <i>Mu- lieri imperare res de- sperata.</i> 17.	Irene Constantini VI. Au- gusta Mater sine filio. 20. 4.	Leo IV. Imaginum sa- crarum Ofor, genitoris & avi impijs institit vesti- gijs.	

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Aestimatores.	Imperatores Urbium aut aedificiorum insignium Conditor. Item alia varia.
---	--	---	--

Sub Bardane ignavo Caesare Bulgari & barbari alij Orientalis Imperij Provincias vastarunt.

Constantinus Copronymus bis à Bulgariis victus, vice ultima in navali praelio amisit 2600. navigia, coorta subito tempestate pra quovis hoste feliciter adversus Tyraonum pugnantem & vincente.

Idem suis sceleribus Imperium vix non evertit penitus.

Constantinus VI. ab Irene matre dissidens, ab Astronomis deceptus, à Bulgariis victus & fugatus, Constantinopolim rediit, quam ob causam milites Constantini continuo Nicephorum patrum elegerunt Imperatorem. Constantinus denique à matre captus & oculis orbatus; mater vero à Nicephoro Logotheta Imperij invasore in insulam Lesbum est ejecta.

Leo Isaurus obscuro genere natus, Imperator tamen electus, Constantinum Copronymum duorum annorum parvulum jam coronavit Caesarem, & in Imperio Socium, ut nempe patris vitia coronatum Caput filius simul cum corona caperet, nec concepta dimitteret.

Copronymus filium Leonem IV. an. 750. natum, jam an. 751. coronavit Caesarem.

Leo IV. Constantinum VI. filium an. aetatis suae 5. coronam Imperij insignivit, qui sub cura genitricis, quam primo omnes Augustam dixerunt, virtutes nobilissimas hausit, inde vero vitiiis nobilitati turpissimam inussit maculam.

Anastasius II. doctrinae adminiculo Senatui populoque probatus Caesar, Monasterium denique elegit literis & virtutibus peridoneum domicilium.

Carolus M. ab Aleuino Magistro suo sacris & profanis scientijs instructissimus, etsi hoc seculo nondum foret Imperator Occidentis, in Occidente tamen Rempublicam literis erigere laboravit; circa an. enim 790. instituit Academias Osnabrugensem, Papiensem & Patavinam: Bononiensem vero meliorem reddidit. Idem Lutetiae Athenas novas erexit.

Tyrannis in Oriente multa demolientibus, in Occidente multa insignia aedificia erexerunt Carolus Martellus, Pipinus & Carolus M. inter eadem aedificia jure numerantur Ecclesiae Osnabrugensis, Halberstadiensis, Bremensis, Mindensis, Paderbornensis, Monasteriensis, Hildesienfis, Campiduanensis &c.

Carolus M. prope Moguntiam pontem supra Rhenum toto decennio extruxit.

Ad finem hujus seculi Organum in Occidente primo auditum fuit.

Imperatores Nomine,
Stemate, Symbolo & Impe-
rij annis cognoscendi.

Imperatores Romanæ
Ecclesiæ Protectores.

Imperatores contra Ec-
clesiam vel aliquid mo-
liti, vel passi.

Imperatores victorij,
triumphis, & pace ini-
ta gloriosi.

SECULUM IX.

Stemma Caroli M.

1. Carolus M. in Germania
natus Pipini Francorum
Regis fil. Sym. *Christus
regnat, vincit, trium-
phat.* 13.
2. Ludovicus Pius Carol.
M. fil. Symb. *Omnium
rerum vicissitudo.* 27.
3. Lotharius I. Lud. fil.
Symb. *Ubi mel, ibi fel.*
15.
4. Ludovicus II. Lothar.
fil. Sym. *Par sit fortuna
labori.* 10.
5. Carolus II. Calv. Ludo-
vici Pii fil. Sym. *Inju-
stitia iustitiam parit.* 2.
6. Ludovicus III. Balb. Ca-
rol. Calv. fil. Sym. *Nemo
placet omnibus.* 1.
7. Carolus III. Crassus Lu-
dov. Germani Regis fil.
Sym. *Os garrulum in-
tricat omnia.* 8.
8. Arnolphus Carolomanni
Bojorum Regis fil. Sym.
Facilis descensus averti.
12.

Carolus M. in universa fe-
rè Italia, Germania & Gallia,
quin & alijs Regnis remorio-
ribus Ecclesiæ rem restituit,
& promovit plurimum, per-
petuus amicus Roman. Pon-
tificis, Episcoporum & Sa-
cerdotum. Dioceses annu-
cate eodem Pont. erexit varia-
rias in Germania & Gallia,
Abbatias item tot, quot Al-
phabetum numerat literas.
Witekindum Saxonam Re-
gem vicit, ut Christo cum
Saxonia lucraretur. Bona &
Jura Ecclesiæ rata habuit.
Cum remoris Regibus ami-
citiâ coluit, ut fidem Ro-
manam ubivis terrarum com-
mendaret.

Ludovicus Pius jura Eccle-
siæ manu Imperatoria con-
firmavit, comprehendens Pa-
trimonium D. Petri, Exar-
charum, Siciliam, Corsicam
& Sardiniam.

Ludovicus II. varios Apo-
stolos ad Septentrionis pla-
gas mitti curavit: idem etiam
lanxit, ne deinceps Cæsares
electioni R.R. Pont. se quo-
vis modo immiscerent.

Carolus Calv. in Italia vi-
cit Saracenos summò Eccles.
Rom. bonò.

Arnolphus Formoso Pont.
fortiter adstitit contra Gui-
donem Spoletanum.

Lodovicus II. adhuc
juvenis à patre Lotha-
rio Romam missus, ju-
venili verò levitate &
Consiliarijs malis sedu-
ctus, militibus concessit
omnia impunè face-
re, damno Ecclesiæ per-
magno.

Idem à Cardinale A-
nastasio Benedicti III.
Pontificis adversario a-
cerissimo circumventus
dolis, in Italiam misit
exercitum, qui eodem
Duce Anastasio ædem
D. Petri spoliavit, dum
hic supremam conscen-
dit Cathedram Pseudo-
Pontifex.

Hoc seculo ob ali-
quot Imperatorum, Re-
gum & Ducum dissidia
Hunni Germanum Im-
perium adorti sunt.

Carolus M. Victorias in-
signes retulit 1. de Wite-
kindo Saxonum Rege,
cum quo per annos 30. de-
certavit Victor perpetuus.
2. de Desiderio Longobar-
dorum, 3. de Thassilone
Bojorum Rege. 4. de Sa-
racenis in Hispania victis.

Ludovicus II. Saracenos
Italiam vastantes vicit &
fugavit: Normannos ex
Gallia expulit: Adelgisū
Salernitanum Ducem in
Insulam Corsicam ex Italia
ejecit.

Carolus Crass. Mauros
ex Italia exegit, Germa-
niam, Italiam & Franciam
conjunxit, ejectione ex hac
Normannis, quorum Re-
gem bidui spatium summas
in angustias redegit, &
tamen eidem Frisiam con-
cessit, qui gratiâ tantâ in-
super habita rupto foedere,
Galliam reperit.

Arnolphus adversus Mo-
ravos, Slavos & Norman-
nos partis victorij cepit
Romam, Guidonis Anti-
Cæsaris victor non hostis
Romani Pontificis Nor-
mannorum propè Mogun-
tiam 90000. cum geminis
eorum Regibus cecidisse
scribitur.

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœ- cenates.	Imperatores Urbium vel Edificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
---	--	--	--

Bellum domesticum inter tres Ludovici Pij filios Pipinum, Ludovicum & Carolum, & post hos inter nepotes ob divisionem Regnorum fuit origo cladum gravissimarum.

Carolus Calvus fraudulentum insigni clade devicit Carolomanus Ludovici Balbi filius.

Carolus Crassus infortunio suo maximo ob pacis iniqua pacta, Normannis in Gallia agentibus oblata, deseruerunt Saxones, Thuringi & Franci Orientales.

Carolus M. à D. Leone III. Pont. Imperator creatus, ut rebus in Occidentis Imperio prospiceret, ex Nobilibus Germanis, Gallis &c. creavit Palatinos Comites, Marchiones, Landgravios, Burgavios & alios, quorum nomina à germanico idiomate derivata Germanis, quàm Latinis sunt notoria.

Witekindum M. constituit Westphaliae & Angriae Ducem, Ducalibus Saxoniae insignibus inserto equo candido loco equi prius nigricantis.

Carolus M. Academia Parisiensi providit de insignibus Doctoribus, nimirum Rabano creato dein Archi-Episcopo Moguntino, Claudio, Joanne, Scoto &c.

Testamentum novum aureis literis exarari curavit. Libros D. Augustini de Civitate Dei præter varias historias ad mensas sibi prælegi iussit.

Linguam Germanicam excoluit, quem in finem ultimis Imperij annis à bellis orium nactus scribere cepit idiomate Germanico Grammaticam.

12. Anni mensibus novam eaque Germanica nomina imposuit.

Coloniensem Academiam etiam erexisse putatur.

Carolus M. Aquisgranum vel funditus crexit, vel ex oppido urbem effecit. Francofurtum ad Mœnum amplificavit, Hamburgum ædificandi vel auctor, vel adjutor fuit.

Idem Lindavium condidisse, vel saltem Adalberto Comiti sibi propinquo consilium dedisse fertur, ut conderet oppido Tigurino in Helvetia augmentum dedit. Ulmam Monachis Augiæ Divitis donasse scribitur, unde Ulmæ incrementum additum ferunt.

Hoc seculo Campidunum in Suevia, & Andlavia in Alsatia augmentura acceperunt, tam hic quàm ibi extructis Ecclesijs à geminis Imperatricibus Hildegarde & Richarde hac Caroli III. illa Caroli L. Augusta conjugæ.

Imperatores Nomine, Stemmate, Symbolè, & Impe- rijannis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ec- clesiam vel aliquid mo- liti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace ini- ta gloriosi.
--	---	---	--

SECULUM X.

9. Ludovicus IV. stem-
matis Carolini ulti-
mus. Sym. *Multorū
manus, paucorum
consilium.* 11.
10. Conradus Francon.
Comes. Sym. *Fortu-
na cum blanditur,
fallit.* 7.
- Stemma Saxonum.
11. Henricus Auceps.
Sym. *Tardus ad pœ-
nam, ad præmia ve-
lox.* 17.
12. Otto M. Henrici fi-
lius. Sym. *Aut mors,
aut vita decora.* 36.
13. Otto II. Ottonis I.
fil. Sym. *Pacem cum
hominibus, cum vi-
tys bellum.* 10.
14. Otto III. Ottonis II.
fil. Sym. *Unita virtus
valet.* 17.

Conradus I. Hunnos Ecce-
lesiæ hostes an. 914. bis pro-
fligavit, eripiens eis inter al-
ias urbes Ratisbonam.

Henricus I. tributum Hun-
nis meritò negatum partim
pauperibus elargitus est, ob
hoc *Pater patriæ* dictus.

Otto I. Vandalorum plu-
rimos, quin & Danos & Nor-
mannos ad Orthodoxam Ecce-
lesiam perducere curavit; un-
de Ottonem I. C. Baronius
Decus Religionis Christianæ
nuncupavit. Quod tamen
alii magis de Henrico patre
intelligunt.

Otto I. Donationes Ro-
manæ Ecclesiæ factas novè
decretò confirmavit. Episco-
patum Magdeburgensem,
Misnensem & Merseburgen-
sem erexit &c.

Otto II. morti proximus
bona in quatuor partes divi-
dens, duas partes Ecclesiæ
donavit.

Otto III. Gregorium V.
Pont. æstimavit maximi. Ad
sepulchrum D. Adalberti in
Poloniam, inde in Italiam,
Cassinum, & mox Garganum
montes Religionis causâ ve-
nit.

Otto M. pravis con-
silijs seductus, dum
res Ecclesiæ compo-
nere studuit, magis
turbavit, removens è
Solio Pontificis Joannem XII. legitimum
Pontificè, cuius proin-
sedem occupare iussit
Romæ Protonotariū
Leonem VIII. voca-
tum. Berengarium
verò Pseudo-Impera-
torem in Bavariam
secum duxit ibidem
mortuum.

Conradus Arnulphum Bava-
variæ Ducem devictum in exi-
lium expulit ad Hunnos, qui
ab eodem animati armis repe-
tērunt Germaniam, in eadem
bis aut ter licet victi, nondum
tamen penitus domiti.

Henricus I. Hunnorum in-
gentes copias duplici prælio
superavit: Burchardum Sue-
viæ, & Arnulphum Baviariæ
Ducem pacis vinculo sibi jun-
xit. Status Imperij adversus
Hunnos exortavit.

Otto I. Henricum & Tanc-
werdum fratres, Ludolphum
filium, Eberhardum Bojaræ,
Giselbertum Lotharingiæ, Eber-
hardum alterum Franconiæ,
Ladislauum Bohemiæ Duces,
nec non Fridericum Moguntia,
& Rothardum Argentiæ Præ-
sules, & demum Ludovicum V.
Franciæ Regem præter hostes
alios superavit, Hunnorum pro-
pe Augustam Victor glorio-
sissimus.

Otto II. Henricum Bavarum,
Boleslauum Bohemum, Haral-
dum Danum, Henricum Ca-
zinthum, Miesconem Polonum
Duces, Moguntinum item,
Magdeburgensem & Augusta-
num Episcopos subegit. Græ-
corum & Saracenorum postea
hostis & victor severissimus.

Otto III. Crescentium Romæ
Consulem Rebellem, captum
asinòque impositum, ac per ar-
bis plateas circumductum, in
furcam egit. Saracenos è Cam-
pania expulit, Capuam recepit,

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœ- cenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
---	--	--	--

Ludovicus IV. ab Hun-
nis in Austriam, Bavariam,
Sueviam, Franconiam,
Alsatiam & Lotharingiam
irruentibus bis victus, in-
gentem perpeffus est cla-
dem; inter occisos nume-
ratus est Leopoldus Au-
striae Marchio, Ludovicus
belli Dux & 19. nobilissimi
Equites Germani. Burchar-
dus dein Suevorum Dux
prope Ifenacum in Thu-
ringia victoriam amisit,
quin ipse Caesar denuo su-
peratus grande tributum
barbaris victoribus pro-
misit.

Otto II. cum clade re-
pulsus est à Lothario Gal-
lorum Rege; Austrasiam
tamen denique recepit Vi-
ctor Gallorum. Calabriam
& Apuliam à Græcis &
Saracenis direptas dum
recuperare studuit, ab iis-
dem devicto exercitu, ipse
fugatus & captus, bene-
ficio græcæ linguæ peri-
calum evasit.

Conradus I. Burchardum
Suevis dedit Ducem Palati-
norum, Marchionum, & quo-
rundam Comitum &c. Bona
& Jura hæreditaria effecisse
fertur: Feudorum non minus
inter Germanos author esse
perhibetur.

Henricum I. ut Imperio de
Ducibus & militibus prom-
ptissimis prospectum foret,
Palatinorum, Marchionum
& aliorum Nobilium Jura
beneficio hæditatis am-
plius confirmavit eo pacto,
ut Primogenitus prælijs præ-
stans adesset. Tres Marchio-
nes scil. Brandeburgicum,

Misnensem & Schleswicen-
sem constituit. Patrios in-
urbibus introduxit; Ludos
Equestres adornavit, propo-
sitis hanc in rem 12. articulis.
Gentilitia familiarum Ger-
manarum insignia fixa ac
certa dedit &c.

Otto M. quosdam Duca-
tus & Comitatus more alio-
rum hæreditatis jure donavit.

Idem Hermanum Billinum
gubernatorem Saxoniam &
Westphaliæ misit, concedens
eidem in Feudum Lunebur-
gicum Ducatum.

Otto III. Boleslaum Polo-
norum Principem creavit
Regem; quin Gregorio V.
consentiens Electoratum Im-
perij ex parte instituit.

Inter arma hujus se-
culi perpetua plurimum
siluerunt Musæ, unde
hanc etiam ob causam
dictum est seculum ob-
scurum, ferreum, plum-
beum &c.

Otto I. literarum pri-
mò rudis, matura de-
mum ætate literis eru-
diri desideravit.

Otto II. linguæ lati-
næ peritus literatos Vi-
ros aded magni æstima-
vit, ut doctrinam san-
guinis splendori longè
antehabuerit.

Otto III. ob ingenij
excellentiam, singula-
rem prudentiam, ling-
uarum peritiam, do-
ctrinæ æstimationem &
alia dona insignia voca-
tus est *Mirabilia mun-
di*.

Typographiam hoc
seculo à se inventam as-
serunt & gloriantur Si-
næ.

Henricus I. Misnæ Ur-
bis author, urbes multas
alias mœnibus nondum
bene instructas muris cir-
cumdedit, ut Hunnorum
impetus deinceps longè
facilius evitarentur. In-
ter eas urbes veniunt Mer-
seburgum, Quedlinbur-
gum, Ratisbona, Dinkel-
spila, Goslaria & Roten-
burgium in Franc.

Idem præcepit, ut nun-
dinæ, majora mercimonia,
convivia publica & nuptiæ
in urbibus & oppidis ce-
lebrarentur.

Otto M. rogante Editha
Conjuge ædificavit Mag-
deburgum; Coloniam A-
grippinam unà cum eodè
jure civitatum Imperialiū
decoravit. Erfodiam Ar-
chi-Episcopo Mogunt. do-
navit.

Otto II. Halam Saxoniam
auxit, & amplissimis pri-
vilegijs ornavit.

Imperatores Nomine,
Stemate, Symbolo & Impe-
rij annis cognoscendi.

Imperatores Romana
Ecclesie Protectores.

Imperatores contra Ec-
clesiam vel aliquid mo-
liti, vel passi.

Imperatores victorij,
triumphis, & pace ini-
ta gloriosi.

SECVLVM XI.

15. Henricus II. cogno-
mentò Sanctus, & Clau-
dus, Henrici Aucupis
pronepos, Dux Bavarie.
Sym. *Ne quid nimis.* 22.
Stemma Franconum.
16. Conradus II. Salicus
Henrici Francon. Ducis
fil. Sym. *Omnium mo-
res, tuos imprimis ob-
servato.* 14.
17. Henricus III. Niger,
Conradi fil. Sym. *Qui li-
tem aufert, execratio-
nem in benedictionem
mutat.* 17.
18. Henricus IV. Henrici
III. filius. Sym. *Multi
multa sciunt, se autem
nemo.* 50.

D. Henricus Rom. Pon-
tifici, Episcopis &c. addi-
ctissimas donationes Ro-
manæ Ecclesie factas ratas
habuit; Hungaros & Se-
prentionis partem mag-
nâ Christo adduxit con-
cedens eam ob causam
Gisela D. Stephano con-
jugem; templa passim &
monasteria struxit, refecit,
dotavit, præsertim Bofien-
sem in Italia, Misnensem,
Hildesensem, Magdebur-
gensis, Argentinensem,
Merseburgensem & Bam-
bergensem. Imò si Viter-
biensi sit fides habenda,
mille templa extruxit.
Conradus II. Christi Cru-
cifixi imaginem omni lu-
dibriorum generi exposi-
tam intuens, Lusatos lu-
dibrij authores gravissimis
pœnis castigavit.

Henricus III. causis
Ecclesiasticis sese immi-
scens, pulso legitimo
Pontifice Gregorio VI.
Sutgerum Bambergæ
Episcopum Clementem
II. dictum curavit eligi
Romanum Præfulem.
Henricus IV. Roma-
nos Pontifices partim
armis, partim Pseudo-
Pontificibus dirè vexa-
vit; unde à Gregorio
VII. Urbano II. & Pa-
schale III. proscriptus,
extra gremium Ecclesie
mortem oppetiit, annis
5. honestò tumultò pri-
vatus.

S. Henricus Bennonem Sa-
xonem, Theodoricum Lo-
tharingum, Hermannum Sue-
vum, Eckardum Thuringum
Duces, sceptri æmulos
potius modestiâ suâ, quàm
armis superavit. Hostes alij
frater Bruno fratri concilia-
tus; Henricus Franco est ar-
mis victus, Boleslaus Polonus
cum Bohemis & Vandalis tri-
butarius factus est. Ardu-
nus in Italia Marchio, & Bal-
duinus Flandriæ Comes Tre-
virensis Ecclesie hostis supe-
rati, Græci ex Italia ejeti
sunt. Pax cum Roberto Fran-
corum Rege eo successu sta-
bilis, ut inter Imperatores &
Franciæ Reges aliquot secu-
lis perduraverit.
Conradus denique electus
Cæsar Ernestum Suevorum,
Cunonem Francorum & Welf-
sonem Bavarorum Duces suos
æmulos superavit. In Italia
seditiones compescuit, Par-
mam flammis subjiciens. Van-
dalos, Hungaros, Polonos,
& Burgundos sibi victorij
perpetuis subiecit.

Imperatores Romano
in Imperio bellis &c.
obnoxij.

Imperatores Nobilium
Creatores aut Promo-
tores.

Imperatores Literarum
aut Literatorum Mœ-
cenates.

Imperatores Urbium
vel Ædificiorum insignium
Couditores. Itē alia varia.

D. Henricus Ticini excitata noctu seditione, Arduino auctore, suo hospitio pulsus, ac è loco educti saltu præcipiti desilire coactus, læsit pedem adeò, ut eo ex tempore claudus, *Claudi* nomen adeptus fuerit.

Henricus III. à populis Septentrionalibus, quos Luititios Vandalos vocârunt, victus, audito de gravissima suorū clade nuntiò brevè exspiravit.

Henricus IV. ab Imperij Electoribus, quin & à filijs Conrado & Henrico jure desertus, post acceptas clades varias Ingelhemij Cæsaris insignibus est spoliatus.

Henricus II. Hermannum Suevum Ducem, & Balduinum Flandrum Comitem victos priori dignitati restituit. Idem Babonis Aventini Comitit 32. filios varijs feudis & honoribus est prosecutus.

Conradus II. post occisum Ernestum, hujus fratrem Hermannum IV. Sueviæ Ducem creavit.

Henricus III. post Ottonem II. Comitem Schweinfurtensem Suevis dedit Ducem; dein Rudolphum Reinfeldensem sororium suum dicit Suevorum Ducem invito maximè Bertholdo II. Zeringensi; quem denique Carinthi Ducem misit. Idem verò Fridericum Comitem in Hohenstauffen generū contra Rudolphum Sueviæ Ducem elegit. Ernestum etiam *Strenuum* Austriæ Marchionem S. R. I. *Priorem nuncupavit.*

D. Henricus D. Wolffgangi Ratisbonæ Episcopi discipulus, dum unà cum virtutibus insignibus literas præclarè didicit, Viros doctos æstimare ac promovere docuit exemplò suo laudatissimo; inter viros eosdem eminuit Piligrinus ex pauperibus parentibus natus, quem ex rurali Parocho Henricus Imperator promoveri curavit ad Electoratum Coloniz.

D. Henricus præter plurima ædificia sacra tum intra tum extra urbes erecta Bambergæ amplius spatium & ornamentum addidit, præcipuè verò Argentoratum ab Hermannno III. Suevorum Duce magna sui parte destructum, pœnæ & pœnitentiæ causâ jussit restitui.

Henricus III. in Saxonia & Thuringia varias arces & propugnacula adversus grassatores & turbas seditiosas imperavit extrui.

Sub hoc Henrico Schaffhusum à D. Benedicti Monachis jam olim inchoatum excrevit in urbem.

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolo & Imp- erij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ec- clesiam vel aliquid mo- liti, vel passi.	Imperatores victorij, & pace ini- ta gloriosi.
---	---	---	--

SECULUM XII.

<p>19. Henricus V. Henrici IV. fil. Sym. <i>Mortem optare malam, timere pejus.</i></p>	<p>Lotharius II. contra Petrum Leonis Pseudo-Pontificem fortiter pugnavit Innocentium II. Pontificem Romanum Sedi restituit: Rogerium verò Siculum</p>	<p>Henricus V. Cæsar creatus mox Pontificem captivum tenuit cum aliquot Cardinalibus & Episcopis, extorqueus consensum denique, quo Pontifex Cæsari permisit Jura quæpiam Ecclesiastica, ob metum majoris mali minus eliciens: sub finem Imperij tamen sui Henricus Ecclesiæ omnia restituit.</p>	<p>Lotharius II. Conradum Ducem Æmulatorum suorum potentissimum strenuè vicit, expugnatâ Longobardiâ & urbibus Augustâ, Ulnâ, Norimbergâ, Spirâ &c. quæ omnes Conrado Duci Sacramentum dixere damnò suo maximo.</p>
<p>20. Lotharius II. Saxo Comes. Symb. <i>Audi & alteram partem.</i> 12. Stemma Suevorum.</p>	<p>Anacleto Antipapæ faventem totâ Campania, Calabria & Apulia expulit. Jura item Ecclesiæ facta tectâque servavit, contentus Jure Imperiali & Civili Imperator, quo utiliorem Ecclesiæ, post Carolum M. vix videruat hæcenus secula.</p>	<p>Fridericus Ænobarb. contrarius Hadriano IV. & aliquo tempore Alexandro III. Pontificibus Victoriam IV. & Paschalem II. ultimis tamen annis suis Fridericus meliora elegit.</p>	<p>Idem pluries triumphavit de Siculis, Bohemis, Polonis, Hungaris & Danis.</p>
<p>21. Conradus III. Henrici V. ex sorore nepos, Frider. in Suev. Ducis fil. Sym. <i>Pauca cum alyis, tecum multa.</i> 14.</p>	<p>Conradus III. ut Ecclesiæ prodesset, <i>Expeditionem I. sacram</i> in Orientem adornavit majori sui encomio, quàm emolumentò.</p>	<p>Fridericus Ænobarbus Alexandro III. Pont. conciliatus, in Palæstinam duxit exercitum Saladini Tyranni Babylonici victorem; atque hæc fuit <i>Expeditio II. sacra.</i></p>	<p>Conradus III. Henricum cognomine Superbum Bojariæ Ducem, & hujus fratrem Welfum superavit, quorum ultimus Weinsbergæ an Weissenburgi in Saxonia gravi obsidione pressus eo pacto dedit urbem, ut <i>feminarum sexui thesauris suis</i>, hoc est <i>maritis</i> onusto urbis porta pateret &c.</p>
<p>22. Fridericus Ænobarbus Conradi III. nepos. Sym. <i>Qui nescit dissimulare, nescit imperare.</i> 38.</p>	<p>Fridericus Ænobarbus Alexandro III. Pont. conciliatus, in Palæstinam duxit exercitum Saladini Tyranni Babylonici victorem; atque hæc fuit <i>Expeditio II. sacra.</i></p>	<p>Fridericus Ænobarbus Alexandro III. Pont. conciliatus, in Palæstinam duxit exercitum Saladini Tyranni Babylonici victorem; atque hæc fuit <i>Expeditio II. sacra.</i></p>	<p>Hac ætate <i>Gibellini & Guelfi seu Welfi</i>, multis fatalia nomina, primò audiri ceperunt.</p>
<p>23. Henricus VI. Ænobarbi fil. Symb. <i>Qui nescit tacere, nescit loqui.</i> 7.</p>	<p>Henricus II. <i>Expeditionem III.</i> in Palæstinam instituit.</p>	<p>Fridericus Ænobarbus Italiam <i>Mallens</i> vocatus, septies valido stipatus exercitu venit in Italiam, sexies victor, Mediolani & aliarum in Italia urbium everfor.</p>	<p>Fridericus Ænobarbus Italiam <i>Mallens</i> vocatus, septies valido stipatus exercitu venit in Italiam, sexies victor, Mediolani & aliarum in Italia urbium everfor.</p>
			<p>Henricus VI. Italos & Siculos seditiosos diversis præliis superatos durissimis modis habuit, ideo <i>Asper</i> vocatus.</p>

Imperatores Romano
in Imperio bellis &c.
obnoxij.

Imperatores Nobilium
Creatores aut Promo-
tores.

Imperatores Literarum
aut Literarum Mœ-
cenates.

Imperatores Urbium
vel Ædificiorum insignium
Couditores. Itē alia varia.

Henricus V. à Boleslao Polonorum Rege prope Uratislaviam victus, ingentem suorum cladem ægerrimo tulit animò. Cladem alteram gravissimam Henrico inflixerunt victores Saxones.

Conradus III. in Oriente Græcorum fraudibus, & perfidiâ circumventus, nec non commilitonum suorum dissidiis impeditus, ingentem suorum cladem pertulit.

Fridericus Ænobarbus navali præliò à Venetis victus, ansam dedit lætis nuptijs, quibus Veneti mare Adriaticum immisissò in aquas annulò sibi despondere caperunt, more etiam posteris observando.

Lotharius II. Henricum X. Bavariæ Dominum, creavit Inferioris Saxoniz Ducem.

Conradus III. post Henricum Superbum Imperii subjectam, Leopoldum Largum Austriæ Marchionem Bavariæ, Albertum verò Brandenburgicum Saxoniz præfecit Duces.

Idem Conradum Zeringensem Regni Arelatensis constituit Pro-Regem, ut vocant.

Fridericus Henrico Leoni Henici Superbi filio restituit Inferiorem Saxoniam & Superiorem Bavariam, partem Bavariz inter Oenum & Anasum sita Marchioni Austriæ *Jasomirgott* concedens. Huic præter insignia privilegia *Ducis titulum* fecit proprium, extincto Marchionis nomine.

Idem Uladislauum II. Bohemorum constituit Regem, Bohemorum insignibus aquilæ locò effigies Leonis inserta est cum cauda duplici. Ob fortitudinem etiam à Leopoldo Austriæ Duce in Palæstina exhibitam scutum gentilitium rubrum albò fuit distinctum.

Lotharius II. Virorum doctorum, præsertim verò D. Bernardi æstimator insignis, Romanas leges in Apulia repertas luci & scholis publicis denuo restituit; hinc Wernerus *Lucerna Juris* dictus, magnò Justitiæ bono capit publicè exponere Codicem Justinianicum.

Fridericus I. juventuti literariæ varia concessit privilegia, delectatus ipse multum literis: unde Ottoni Frisingensi suum Chronicum ad Cæsarem mittenti hunc in modum respondit: *Chronica tua transmissa ingenti cum gaudio suscepimus, & post bellicos sudores interdum delectari in his, & per magnifica Imperatorum gesta ac virtutes informari peroptamus.*

Lotharius II. Norimbergam, Augustam Vindelicorum, Ulmam, Nördlingam machinis & incendio expugnatas atque vastatas reficere cepit, Conradus verò III. & Fridericus Ænobarbus eadem perfecerunt.

Idem Conradus III. introduxit Judicium seu Tribunal Rottwilanum in Suevia.

Leopoldus Virtuosus Viennam Austriæ, olim Vindobonam vocatam, sed solo æquatam, inde autem ædificatam denuo, & Viennam dictam mœnibus circumdedit.

Mediolanum à Friderico Ænobarbo funditus eversum surrexit suis & pulveribus, item Cremona & Placentia: urbes verò in Germania sunt restitutæ ab eodem.

Erectæ sunt hoc seculo à Ducibus Zeringensibus Friburgum in Brisgoja, item Friburgum alterum & Berna in Helvetia.

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolo, & Imperij annis cognoscendi.	Imperatores Romanae Ecclesiae Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorij, triumphis, & pace inita gloriosi.
--	--	---	---

SECVLVM XIII.

- 24. Philipp. Henrici VI. frat. Sym. *Satius est recurrere, quam male currere.* 8.
- 25. Otto IV. Henrici Leonis Bav. fil. Sym. *Anser strepit inter olores.* 6.
- 26. Fridericus II. Henr. VI. fil. Sym. *Minarum strepitus, asinorum crepitus.* 36.
- 27. Conrad. IV. Frid. II. fil. Sym. *Sapientis est, cum optimè possit, nolle nocere.* 4.
- Wilhelm. Holland. Com. Alphonfus Sapiens, Rex Hispaniae.
- Richardus Rex Angliae, nomine potius, quam fuerunt Imperatores.
- Interregnum 22. annorum.
- 28. Rudolphus I. Habsburgicus. Sym. *Melius est bene imperare, quam Imperium ampliare.* 18.
- 29. Adolphus Nassov. Sym. *Præstat vir sine pecunia, quam pecunia sine viro.* 7.

Post ingentes procellas & tempestates Ecclesiae universae toleratas tandem Rudolphus I. recreavit Romanos Pontifices, post Concilium Lugdunense cum Gregorio X. Pont. Lausannae collocutus, res momenti maximi transegit, eam ob rem Rudolphus Henricum IV. Suevum Episcopum Basileensem, creatum dein Archi-Episcopum Moguntinum in Italiam misit, ut in favorem Ecclesiae res arduas moliretur.

Idem Monasteria complura erexit post reportatas plerumque de hostibus victorias, quas Christo Crucifixo grati animi ergo adscripsit, cujus in honorem diem Veneris praediebus caeteris sibi sacrationem constanter fecit.

Otto IV. ab Innocentio Summo Pontifice coronatus Imperator, licet Ecclesiae dicto Sacramento promiserit prospera omnia, nihilominus contempta omni juramenti religione Ecclesiae bona, & jura invasit, anathemate propterea remotus à cœtu fidelium.

Fridericus II. Romanorum Pontificum hostis inter Imperatores Orthodoxos vix non maximus, Hierosolymâ captâ cum Aegypti Sultano pactus est decennales inducias Christianae reipublicae parùm decoras. Honorius III. Gregorius IX. & Innocentius IV. fuere, quos armis ter quaterve petens toties est fulmine Romano percussus.

Philippus Ottonem IV. uno alterove insigni praelio superatum, pacis & amicitiae nexu junxit sibi, concedens victo Beatricem filiam in Conjugem.

Fridericus II. suscepta expeditione sacra pro redimendis in Oriente Provinciis, Aegypti Sultatum superavit. Victorij alijs triumphos mereri potuisset, si pro Ecclesia potius, quam contra eandem certasset.

Rudolphus Habsburgicus, profecto Heros togâ & sagâ illustrissimus in 14. praelijs victor extitit tum ante, tum post conscensum Imperij Solium. Inter principes hostes suos numeravit Ottocarum Bohemorum Regem, superbum Contemptorem Romani Imperij & Imperatoris Rudolphi. Minores, etsi hostes validi, fuere Itali, Austriaci seditiosi, Hungari Styriae Ducatum rapientes; Prussi Ottocaro Regi obedientiam negantes; Episcopus Basileensis Bertholdus II. Abbas ad S. Gallum, Comes de Regensperg, Hugo de Tiffenstein &c.

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Moe- cenates.	Imperatores Urbium vel Edificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
---	--	---	--

Otto IV. à Philippo Imperatore, & Philippo altero Gallorum Rege, nec non Friderico II. lucente suo victus, toties ferè passus est cladem, quoties pugnauit.

Adolphus Nassouienſis Virorum Principum & Electorum in Imperio monita conterans, iisque maximè inuitis ab Eduardo Anglorum Rege stipendia militaria accipiens, nec non Thuringiæ Duces simul fratres bellis vix iustis vexans, ab Imperij Electoribus deponitur, ab Alberto Habsburgico in pugna superatur & occiditur.

Fridericus II. Austriae Duces creauit Imperii Archiduces, facta eisdem potestate, superaddendi Crucem auream alteram capitis ornamento.

Idem Principes Brunſuicenses, & Luneburgicos Henrici Leonis Saxonis hostes prærogatiuâ Ducum insigniuit eo pacto, ut Saxoniam iuxta & nomina deinceps missa facerent. Idem in Germania Nobilium auxit numerum, ut contra Romanos Pontifices & Viros Principes Imperij sibi contrarios nancisceretur commilitones plures.

Rudolphus I. filios Albertum Austriae Archiducem, Rudolphum verò Sueviae Ducem constituit.

Fridericus II. lingua Latina, Graecae, Gallicae & Orientalium, quin & litterarum valde peritus, ut æmularetur, aut potius superaret Fridericum I. avum; Viennensem, Neapolitanam, Patavinam & Perusianam Academias erexit.

Idem Aristotelem & Galenum ex lingua Arabica in Latinam transferri curauit.

Alphonſus sapiens S. Codicem quater & decies legendo absoluisse dicitur. Idem insignis Astronomus conscripsit tabulas, dictas Alphonſinas.

Fridericus II. partim condidit, partim ædificiis auxit Fridbergam, Biberacum, Eslingam, Reutlingam, Dinkelspilam in Suevia; Caesaris montem, Colmariam & Schlettstadium in Alsatia.

Conradinus Conradi IV. Imp. filius Suevorum eo tempore Dux ultimus Lauingam, Donawerdam, inò Palatinarum superiorum totum Palatinis Ducibus vendidisse fertur, ut haberet aurum adversus hostes necessarium in Italia.

Bertholdus V. Dux Zeringensis Bernam & Friburgum Helvetiae subiecit Imperio Romano an. 1218.

Rudolphus Habsburgicus Reutlingam, Wezlarium, Landaviam &c. inter Imperij urbes numeravit, Augustam, Kauffburam, Gengenbachium aliasque urbes privilegiis munivit.

Uberlinga olim Suevorum Ducum sedes, circa annum 1267. tempore Interregni semet Imperij urbis sociavit, & seculis subsequentibus contra Imperij hostes, praesertim Suecos pugnans, nobilitata est multis privilegiis.

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolo, & Impe- rij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ec- clesiam vel aliquid mo- liti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace ini- ta gloriosi.
--	---	---	--

SECULUM XIV.

30. Albertus I. Rudol- phi fil. Symb. <i>Quod optimum, idem ju- cundissimum.</i> 10.	Albertus I. Ecclesiæ Jura & Bona à prioribus Imperato- ribus Pontifici asserta etiam confirmavit Virorum Eccle- siasticorum ardens Amator.	Ludovicus Bavarus à pravis Consiliarijs in- flamatus, Petrum Cor- varam, ordine Sacerdo- tem, dixit Pseudo-Pon- tificem; ob hanc verò & causas alias à Joanne XXII. Benedicto XII. & Clemente VI. anathe- mate percussus appella- vit ad Concilium.	Albertus I. partim Austria Archidux, partim Imperator undecies hostium suorum vi- ctor triumphavit: eos inter hostes præcipui erant Adol- phus Imperator, Ottocarus Bohemorum Rex, Gerardus Electo Moguntinus, Duce: Thuringiæ & Misniæ, Comes Pfirtenfis, Archi-Episcopus Salisburgensis &c.
31. Henricus VII. Lu- xenburgicus. Symb. <i>Calix vitæ, calix mortis.</i> 5.	Henricus VII. virtutibus maximè conspicuus Ecclesiæ pacem in primis numeravit delicijs.	Wenceslaus flagitijs torus immerfus, Tyrann- nidi, Wickssianæ, si- múlque Hussianæ hære- si, schismati difficillimo & ignorantia crassa a- peruit campum damnò Ecclesiæ sanè maximo:	Henricus VII. seditiosos Italos sibi subjecit, uribus nonnullis in fidem receptis Brixiam solo æquavit. Devi- cto Henrico Carinthiæ Duce Joannem filium suum Bohe- mis misit Regem; Eberhar- dum verò Wirtenbergicum post 77. expugnatas arces carceri perpetuo mancipavit.
32. Fridericus Pulcher Alberti I. fil. Symb. <i>Morte beata, nihil beatius.</i> 7.	Fridericus Pulcher à Pon- tificibus constanter stetit, Pontifices à Friderico. Ludovicus Bavarus et si à Pontificibus Romanis disside- ret, Bavariam tamen multís templis & Mouasteriis exor- navit, facillè 30. nobilissimo- rum ædificiorum factorum author.	inter infontes, fontium tamen more punitos eminuerunt D. Joannes Nepomucenus Martyr & Imperatrix Joanna Alberti senioris in Ba- varia Ducis filia ex mæ- tore sancto mortua.	Ludovicus Bavarus multo- rum hostium victor Frideri- cum etiam Austriacum & fratrem suum Rudolphum cum socijs prope Müldorffiu in Bavaria devicit.
33. Ludovicus V. Bav. Symb. <i>Sola bona quæ honestæ.</i> 33.	Carolus IV. Urbano V. Pont. singularem honorem exhibuit ducens Augusta ma- nu equum Pontificium.		Carolus dein Luxenburgic. Joannis Bohemorum Regis filium creatum contra se Cæ- sarem superavit per filios Lu- dovicum & Stephanum.
34. Carolus IV. Bohem. Sym. <i>Optimum alie- na insaniâ frui.</i> 32.	Idem Pragensi Ecclesiæ Ar- chi-Episcopum I. præfici cur- avit: cœnobia & templa plu- ra vel funditus crexit, vel jam erecta ditavit: aut dota- vit.		
35. Wenceslaus. fil. Ca- roli IV. Sym. <i>Moro- sophi moriones pesti- mit.</i> 22.			

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mce- cenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
<p>Albertus I. in Misnia & Thuringia clades patitur. Helveti fœdus suum pangere incipiunt. Wenceslaus nomine & munere Imperatoris indignissimus Imperium Romanum vix non penitus pessumdedit, domi foribusque noxa & noxius, unde <i>Sus Imperij</i> à nonnullis, ab alijs <i>Imperatorum probrum</i>, ab alijs denique <i>Occidentis Copronymus</i> est vocatus, eò quòd & aquas baptismales, & die coronationis suæ in Bohemorum Regem Altare commaculavit, haud simplici nomine multorum enormiū scelerum, quæ inter lucus Imperij maximos patravit, post se trahens Zisckam, Procopium & Tyrannos alios vix expugnabiles.</p>	<p>Henricus VII. Austriacis Fridericum Pulchrum Archi-Ducem, Suevis vero Leopoldum gloriosum Ducem confirmavit ob præstitum auxilium in Italia.</p> <p>Ludovicus Bavarus post finitas pugnas & lites Fridericum Pulchrum Austriæ Archi-Ducem honoravit. Ludovicum Brandenburgicum Electorem creavit; Comites Geldriæ & Hennebergicum Duces dixit.</p> <p>Carolus IV. Comites Luxenburgicos & Marchiones Juliacenses inter Duces numeravit. Electorum etiam in Imperio Jura non absque Cæsaris præjudicio ampliavit. Wenceslao filio biennium nondum egresso coronam Bohemiæ imposuit, eidem coronam Imperij aurea Electorum corruptione coemit.</p>	<p>Ludovicus Bavarus adolescens à fratre Rudolpho durius habitus, hancque ob causam missus Viennæ literis & moribus optimis fuit instructus, unde Cæsar electus viros doctos permagni æstimavit.</p> <p>Carolus IV. linguæ Latinæ, Germanicæ, Italicæ, Gallicæ & Bohemicæ peritus, Doctores quosvis magno in pretio habuit, præsertim vero Bartholum Italum quem <i>Juris lucernam</i>, & <i>cæcorum Ducem</i> appellavit.</p> <p>Idem instituit Academiã Heidelbergensem & Pragensem. Auream quoque Bullam eligendorum Cæsaris regulam ad turbas in electionibus deinceps evitandas Imperij Statibus persuasit.</p>	<p>Ludovicus Bavarus Monachium ab Henrico Leone ædificatum dimidia sua parte ampliavit. Privilegia à Friderico III. urbibus concessa habuit rata.</p> <p>Carolus IV. instar Octaviani Augusti gloriosus est, se quidem non Romanam, bene tamen <i>Pragam marmoream fecisse</i>, <i>quam lateritiam accepisset</i>.</p> <p>Idē sedecim civitates vicinis Principibus vendidisse scribitur in Bohemiæ, non verò in Imperij emolumentum, quæ tamen urbes illæ sint, haud liquet. Non minus Germaniæ, quàm Italiæ urbibus varijs libertatem auro vendidisse traditur: inter eas Germaniæ urbes numerantur Magdeburgum, Francofurtum, Nördlinga &c.</p> <p>Friburgum Bris. volentibus ipsis civibus, Austriæ Archi-Ducibus est subiectum & privilegijs ab iis donatum.</p>

Imperatores Nomine,
Stemma, Symbolo, & Impe-
rij annis cognoscendi.

Imperatores Romanæ
Ecclesiæ Protectores.

Imperatores contra Ec-
clesiam vel aliquid mo-
liti, vel passi.

Imperatores victorij,
triumplis, & pace ini-
ta gloriosi.

SECULUM XV.

36. Rupertus Palatinus.

Sym. *Miseriæres di-
gna misericordiâ.* 10.

37. Sigismundus Caroli

IV. fil. II. Sym. *Sic ce-
dunt munera satis.*

26.

Stemma Austriacum
solum.

38. Albertus II. Alberti

inter Archiduces IV.

fil. Sigismundi gener.

Sym. *Amicus opti-
ma vitæ possessio.* 1.

39. Fridericus IV. Ernesti

Archiducis fil. Sym.

Austria erit in orbe

ultima. 53.

40. Maximilianus Fri-

derici fil. Sym. *Tene*

mensuram, & respi-

ce finem. 25.

Rupertus à Bonifacio IX. Pont. in Italiam vocatus venit cum exercitu contra Galeacium Mediolanensium su-
premum Principem, ut Ecclesiam & Italiam universam malis liberaret.

Sigismundus Concilio Constantiensi singularem navavit operam, in quo sublatum est schisma difficillimū, & condemnati Hæretici Joān. Hufs, Hieronym. Pragens. & socij. Idem Concilio Basileensi congregando strenuè invigilavit.

Albertus II. Religioni conservandæ & promovendæ quoad potuit, studuit, solitus etiam cum Viris Religiosis Psalmos concinere; unde à nonnullis *Monachus* est dictus.

Fridericus à Nicolao V. cum quo Germaniæ Concordata iniijt, *Filius charissimus & S. Imperij decus* fuit appellatus.

Maximilianus Orthodoxæ Religionis Assertor constantissimus in agone hæc verba dixit: *Renuntiate Carolo & Ferdinando nepotibus meis, ut majorum insistentes vestigiis Fidem Catholicam à Germanis hætenus cultam adversus novorum dogmatum authores etiam cum vitæ periculo defendant.*

Ecclesia gravissimum damnum patitur translata non solum in Bohemiam ex Anglia secta Wicleffianâ &c sed eadem etiam passim in Germaniam universam irrupente, incassum multis in partibus contranite Sigismundo Imperatore.

Maximilianus I. prælagit jam, & jam perferrè capit ingens Ecclesiæ damnum à Lutheri & sociorum defensoribus viris Imperij Principibus eidem Ecclesiæ illatum.

Rupertus salutis publicæ studiosissimus Imperator, collapsum Imperium magna ex parte crexit, plus efficiens prudentiâ suâ, quàm armorum potentiâ.

Albertus II. Imperator magnanimus brevi temporis intervallò debellavit Moravos; attrivit Hussitas, intra suos fines repulit Polonos, Turcas denique Hungariam infestantes solo ferè adventu suo fugavit, Heros longioris vitæ, Imperio & coronis suis regis dignissimus, *Mirabilia mundi* ob insignes dotes & facinora cognominatus.

Fridericus bella ab Austriacis authore fratre Alberto, item à Bohemis, Gallis, Hungaris & Burgundis illata perpeffus, plerumque si non victor evasit, pacem tamen si non invenit, finitibus brevi bellicis *Imperator pacificus* Regnis & Provinciis innoxit.

Maximilianus hostes Flandros, Frisones, Hungaros, Venetos & Gallos partim armis, partim concordia pacis superavit, aut sibi devinxit; imple crebrò officio Ducis, & gregarij functus in fronte exercitus pugnavit.

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Moe- cenates.	Imperatores Urbium vel Aedificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
<p>Rupertus à Florentinis adversus Galeacium Mediolani Regulum invitatus, rem gessit miuus feliciter.</p> <p>Sigismundus contra Bohemos rebelles, & dein Mahumetanos in aciem egressus, vix semel vicit, vicus perpetuū à Ziscka feditionum Duce, qui 550. partim Collegiatis Ecclesias, ut vocant, partim Monasteria solo æquavit.</p> <p>Fridericus à multis per annos Imperij 53. hostibus haud unam duntaxat cladem accepit, præsertim verò à Mathia Hungarorum Rege Joānis Hunniadis filio, qui Viennam ipsam expugnavit.</p> <p>Sub Maximiliano Poloni notabilem Prussiae partem Imperio subdixerunt &c.</p>	<p>Sigismundus Fridericum ex stemmate Hohenzolleriano antiquissimo natum creavit Electorem Brandenburgicum. Fridericum alterum Misniae Marchionem post extinctum Ascaniorum stemma dixit Saxoniae Electorem: Francisc. Gonzagam verò Marchionem Mantuae &c.</p> <p>Fridericus Imper. feuda Imperij longo tempore confusa in Conventu Alschaffenburgico, novo ordine & claritate donavit. Comitem Christiaum Delmenhorstium Holfatiae creavit Ducem. Saxoniae verò Ducibus Jus hereditatis in Ducatus Juliacensem, Clivensem & Montensem concessit.</p> <p>Maximilianus I. Albertum Animosum Frisiae, Eberhardum Barbatum Wirtembergiae creavit Comites: Fuggeros Augustanos prædixites cives Nobilium insignibus ornavit, à Successoribus dein identidem magis honoratos. Idē Ericum Brunsvicentem Ducem, quod Caesarem prope Ratisbonam vita periculo liberasset, dixit Rom. Imperij Equitem &c.</p>	<p>Rupertus Imp. ob juris & justitiae partim notitiam, partim observationem dictus est Rupertus <i>Justus & Justinianus</i>. Idē ob literarum amorem <i>Musarum columen</i> est vocatus.</p> <p>Sigismundus lex callens linguas Viros literatos adhibuit mensae socios, eosdem Nobilibus sanguine solitus anteferre; cum Basileae Georgium Fiscellum Juris-Consultum Nobilium honore pararet ornare, is verò accederet ad sagō ornatos, non verò togatos, <i>stulam</i> electionem vocavit.</p> <p>Albertus II. inter Viros doctos educatus præceptores suos sumē amavit; unde Andreā Blankium in excelso Nobilium gradu constituit.</p> <p>Fridericus artibus liberalibus, & herbarum notitiā instruentissimus, profanae scientiae addidit sacram, qua SS. Biblia decies quater legendo absolvisse scribitur.</p> <p>Maximilianus quinque linguarum peritiā instructus eruditus amore & honore est complexus; Poesin, Historiam, Genealogiam, Mathematicam & Philosophiam promovit &c.</p>	<p>Rupertus Offenburgum jam an. 600. extractum Imperij urbibus anumeravit. Sigismundus privilegia à patre Carolo Augustae Vindelicorum data confirmavit & auxit.</p> <p>Fridericus IV. foedus Suevorum variis encomiis & privilegiis animavit & promovit. Typographiam vel Argentorati vel Moguntiae à Germanis primò institutam commendavit &c.</p> <p>Maximilianus I. Tribunal Camerale confirmavit Spirae; Foedus Suevicum laudavit; Landavium elocatum Imperio restituit; Wormatiam Episcopo suo repugnantem eidē magna ex parte subjecit; Augustae Vind. auxit privilegia; Leutkirchio vectigalia remisit; Reutlingae jus alyli concessit perpetuum.</p> <p>Idem an. 1500. instituit sex Imperij Circulos, quibus an. 1512. adjecit quatuor alios, scilicet Austriacum, Burgundicum, Rhenanum inferiorem, & Saxonicum superiorem.</p>

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolo & Impe- rij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ec- clesiam vel aliquid mo- liti, vel passi.	Imperatores victorij, triumphis, & pace ini- ta gloriosi.
---	---	---	---

SECULUM XVI.

41. Carolus V. Maximiliani ex Philippo fil. nepos. Symb. <i>Plus alitè.</i> 38.	Carolus V. protestantes in Germania Principes quâ pacis concordia, quâ armorum potentia conciliare Ecclesiæ seridè laboravit. Concilio Tridentino fortiter adstitit; Ecclesiam per Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ, quin etiam Africæ & Americæ Provincias con-	Roma capta & spoliata auctore Borbonio à Gallorum Rege Francisco I. ad Cæsarem transfuga. Pax & Confessio Augustana à Viris Principibus Luthero & Calvinò devotis extorta.	Carolus V. in Germania Germanorum præsertim Protestantium, in Italia Italorum & Gallorum, in Hispania Hispanorum, in Belgio Belgarum, in Austria & Hungaria Turcarum, in Africa Tuncitanorum victor toto terrarum orbe notissimus, captivos duxit Franciscum I. Francorû Regem, Joannem Saxoniæ Electorem & Philippum Hassiæ Ducem. Tandem stupentibus cunctis de se triumphavit, abdicans se Imperio & regnis, postquam plurimas in se expeditiones suscepit, scilicet duas in Africam, duas in Angliam, quatuor in Galliam, septem in Italiam, novem in Germaniam, decem in Belgium; prælia insuper inivit supra septuaginta &c.
42. Ferdinandus I. Caroli V. frater. Sim. <i>Fi at Justitia, pereat mundus.</i> 8.	servare & promovere nunquam non studuit; auctor simul existit complurium monasteriorum & templorum, quin in Regno Peruano urbes magnò numero extructas Christo dicavit.	Transactio Passaviensis permilla, cui potius lachrymis quam literis subscripsit nomen suum Ferdinandus I.	Ferdinandus I. Francorû Regem, Joannem Saxoniæ Electorem & Philippum Hassiæ Ducem. Tandem stupentibus cunctis de se triumphavit, abdicans se Imperio & regnis, postquam plurimas in se expeditiones suscepit, scilicet duas in Africam, duas in Angliam, quatuor in Galliam, septem in Italiam, novem in Germaniam, decem in Belgium; prælia insuper inivit supra septuaginta &c.
43. Maximilianus II. Ferdinandi I. fil. Sym. <i>Dominus providebit.</i> 12.	Ferdinandus I. Biblia à Lutheranis corrupta Vulcano consecravit. Societatem Jesu contra Novatores in suppetias vocavit; varia monasteria & collegia ædificavit.	Maximilianus II. Austriacis libertatem Religionis ut vocant, haud negavit.	Ferdinandus I. Francorû Regem, Joannem Saxoniæ Electorem & Philippum Hassiæ Ducem. Tandem stupentibus cunctis de se triumphavit, abdicans se Imperio & regnis, postquam plurimas in se expeditiones suscepit, scilicet duas in Africam, duas in Angliam, quatuor in Galliam, septem in Italiam, novem in Germaniam, decem in Belgium; prælia insuper inivit supra septuaginta &c.
44. Rudolphus II. fil. Maximiliani II. Sym. <i>Omnia ex voluntate DEI.</i> 35.	Rudolphus II. Gebhardum Coloniz Septemvirum Lutheri placita sequentem Electoratu exiit: Aquenses à novitatibus absterruit; Cremisio expulit A catholicos.	Rudolphus II. Literas <i>Majestatis</i> dictas denique Bohemis & Silesis, quamvis ægerimè, tradi permisit.	Ferdinandus I. Francorû Regem, Joannem Saxoniæ Electorem & Philippum Hassiæ Ducem. Tandem stupentibus cunctis de se triumphavit, abdicans se Imperio & regnis, postquam plurimas in se expeditiones suscepit, scilicet duas in Africam, duas in Angliam, quatuor in Galliam, septem in Italiam, novem in Germaniam, decem in Belgium; prælia insuper inivit supra septuaginta &c.

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Moe- cenates.	Imperatores Urbium vel Aedificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
<p>Carolus V. à Mauritio Septemviro Saxone arma contra Caesarem vertente Oenipontō fugatur; Imperium totum vix unquam majori tumultu turbatur, pro aīs & focis ferocissimè pugnantibus cunctis.</p> <p>Ferdinandus post Vienne obsidione Turcarum liberatam, partim copiarum paucitate summas in angustias redigitur, unde haud modicas clades patitur, amittit Transylvaniam, minus lætas cum Solymano inuit inducias.</p>	<p>Carolus V. Friderico Electori Palatino Turcas Viennâ inter Duces alios strenuos pellenti, copiam fecit insignibus suis inferendi pomum aureum.</p> <p>Idem exauthorato Joanne Friderico Protestantium capite, Mauritiū ex linea Albertina natum, Saxonia creavit Electorem.</p> <p>Ferdinandus I. Ultricum à Suevis foedere junctis, simulque suismet subditis victum & fugatum, Ducis honore denuo insignivit ea lege, ut Ducatus Wittenbergicus deinceps esset feudum Austriaci Archiducis, & deficiente hærede masculino succederent ijdem Archiduces.</p> <p>Maximilianus II. Comitem Joannem de Aremberg creavit Imperij Principem; honorem æqualem à Rudolpho II. accepit Carolus Philippus Comes de Croy.</p>	<p>Ferdinandus I. aulam suam in scholam crebrò convertisse fertur.</p> <p>Academiam Pragensē restituit: Viennensem privilegijs amplioribus decoravit. Poetas etiam præmio indignos, præmiis tamen donavit ea tamen lege, ne deinceps turpia scriberent: Venatorum cuidā virorum doctorum osori respondit, <i>Imperatorem venatoribus bene, non verò viris doctis posse carere.</i> Item <i>malle se gemmas perdere, quam literas nescire.</i></p> <p>Maximilianus II. septem linguarum intelligens, teste Lipsio <i>eruditos plures domi suæ aluit, quam reliquorum Regum tota regna.</i></p> <p>Rudolphus II. Astronomiæ & literarum aliarum amantissimus Tychonem Brahe & Joannem Keplerrum Mathematicos secum servavit; author ipse extitit <i>Tabularum</i>, quas <i>Rudolphinas</i> vocant. Calendarium Gregorianum Romano Imperio commendavit.</p>	<p>Carolus V. foedus inter urbes Hanseaticas numero facilè 70. graves ob causas magna ex parte destruxit; foedus verò Suevorum aliquo tempore conservavit; Halam Sueviæ, Memmingam, Landavium &c. privilegijs donavit: Constantiam verò Imperij privilegijs privavit.</p> <p>Patritios Augustanos potissimam partem morte extinctos. 41. Patritijs novis auxit, quibus denuo diminutis superaddidit Ferdinandus III. 16. 7. quatuordecim familias Secul. XVII.</p> <p>In America 40. urbes ædificavit, quod nonnulli de solo regno Peruano affirmant.</p> <p>Pulvis nitratus jam ante 1380. à Bertholdo Nigro Germano, Monacho, ut ajunt, ex Ord. D. Francisci, vel primò vel denuo inventus, hoc seculo usu & sui experientiâ variè perficitur.</p> <p>Rudolphus II. Aquisgranum seditiosum Imperij Banno subjecit: Dona Werdam Maximiliano I. Bava-ro subigendam dedit & possidendam.</p>

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolo & Impe- rij annis cognoscendi.	Imperatores Romana Ecclesie Protectores.	Imperatores contra Ec- clesiam vel aliquid mo- liti, vel passi.	Imperatores victorij, triumphis, & pace ini- ta gloriosi.
---	---	---	---

SECUL. XVII.

- | | | | |
|--|--|--|---|
| <p>45. Mathias Rudolphi II. frater. Sym. <i>Concordi lumine major.</i> 7.</p> | <p>Mathias Austriacus Religionis arbitrium adimere, pacem Catholicos inter & A catholicos conciliare, multum, sed tamen incassum laboravit.</p> | <p>Protestantes sub Mathia Norimbergæ & Heilbrunnæ in ita fœdera confirmarunt, extorquentes simul confirmationem privilegij, quod <i>Literas Majestatis</i> appellant.</p> | <p>Mathias expugnans Novigradum & Perrinam, aliâque munimenta per Hungariam, huic vicinas Provincias expugnavit; inde verò cum Mahumetanis inducias pepigit.</p> |
| <p>46. Ferdinandus II. Caroli Archiducis fil. Sym. <i>Legitime certantibus.</i> 18.</p> | <p>Ferdinandus II. Laurentum pro- veniendi constanter Heterodoxis, quod non verbò magis quàm opere præstitit. Templâ, Paræcias, & Collegia crexit plurima: Episcopatus varios ditavit. Nihil denique omisit, quod in Christianissimo Imperatore posset desiderari: unde centies centena hominum milia ad Ecclesiam Rom. reduxisse scribitur.</p> | <p>Tempore Ferdinandi II. Ecclesia crudelè in modum est vexata in Imperio Rom. à multis usque potentissimis Pontificum hostibus.</p> | <p>Ferdinandus II. ad pugnas provocatus à Bohemis, Austriacis, Venetis, Succis, Gallis, Anglis, Danis, Hungaris, Transylvanis &c. longè plures numeravit victorias, quàm clades; inclaruerunt enim palmis Cæsarei Duces Maximil. I. Bavarus, Egon Fürstenbergicus, Tillius, Pappenhemius, Tampierius, Bucquois, Werthius &c. Victi verò sunt Fridericus Palatinus, Turrenius, Bethlem Gabor, Fridericus Marchio Bad. Durlacens.</p> |
| <p>47. Ferdinandus III. Ferdinandi II. fil. Symb. <i>Pietate & Justitia.</i> 19.</p> | <p>Ferdinandus III. Sectariorum reliquias in Provincijs hæreditarijs extinxit; Deum Eucharisticum die ejusdem solenni etiâ in castris prope Ratisbonam positus, inter totius exercitus applausum comitatus est: per Austriam &c. ritu solemniori celebrari curavit diem <i>Festum Deiparæ Immaculatæ</i>, cujus honori triumphalem colossum Viennæ in foro aulico posuit; templorum, & Religiosarum domuum Fundator extitit multarum.</p> | <p>An. 1648. in ita est partim Monasterij, partim Osnaburgæ <i>Pax dicta Westphalica</i> Ecclesie haud una in re tantum noxia: unde eidem constanter contradixere Innocentius X. & Successores Pontifices.</p> | <p>Christianus Dux Brunsvie. Mauritius Hassiæ Landrav. Christian. Danorum Rex, Christian. Wilhelm. Marchio Brandenburg. Cecidit in pugna Lucensi Succorum Rex Gustavus.</p> |
| <p>48. Leopoldus M. Ferdinandi III. fil. Symb. <i>Consilio & industria.</i> 47.</p> | <p>Leopoldus M. Ecclesie & Imperio Romano-datus à Superis Imperator, utrumque virtutibus verè Augustis ornavit, exemplò suo pertrahens multos virorum etiam Principum ad Romanæ Ecclesie gremium. Hungariæ magna ex parte restituit Fidei Orthodoxæ lumen post extinctas Rebellium turmas: par beneficium Silesiæ, Bohemiæ &c. contulit. Cum septem omnino Romanis Pont. perpetuam pacem coluit, ab Innocentio præsertim XI. Pontifice sanctissimo maximi æstimatus.</p> | <p>Leopoldus M. cum Gallis triplici bello implicatus, partim Victor, partim victus in ita pacem an. 1679. Noviomagi. Dein. an. 1697. Rüswickij. Bello tertio immortalis est. Contra Turcas triumphavit primò ad S. Gotthardum an. 1664. Secundò post Viennensis obsidionis solutionem haud procul Vienna an. 1683. quam victoriam multæ aliæ sunt secutæ sub victoribus Joanne III. Polonorum Rege, Maximiliano II. Bavaro, Joanne Georgio Saxone Electoribus, Carolo Lotharingæ Duce, Ernesto Comite Starnbergico, Ludovico Marchione Badensi, Eugenio Duce Sabauda &c.</p> | <p>Ferdinandus III. relictos à parte hostes cum hæreditate nactus, supremus ipse exercitus Dux Ratisbonam expugnavit, dein Nördlingam caesis duodecim, captis verò sex Suecorum millibus superavit; mox igitur liberata est Suevia, Franconia, Bavaria, Alsatia, imò Germania univèrsa post feralis bellonæ aënos 30. amicæ pacis fructibus denuo frui cepit.</p> |

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literariorum Moe- cenates.	Imperatores Urbium vel Edificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
---	--	--	--

Ferdinandus II. à tā mul-
tis peritus hostibus, passus
est clades haud exiguas, a-
mittens simul maximi no-
minis Duces: Tillius nām-
que prope Lipsiam à Suecis
& Saxonibus victus, dein
ad Lycum amnem lethali-
ter vulneratus, Ingolsta-
dij est sepultus: Wallen-
steinus prope Lucenam
victus, Papenheimus le-
thali vulnere fauciatus, suc-
cubuit; inde Romanum
imperium ab hostibus oc-
cupatum, spoliatum, flami-
nis magna ex parte subje-
ctum, funeribus totum im-
pletum.

Sub Ferdinando III. Cæsa-
rei vincuntur prope Rhein-
feldam ad Rheum, capi-
tur Joan. de Werth cum
socijs belli Ducibus, ex-
pugnatur Friburgum, Bri-
lacum &c.

Cæsarei vincuntur de-
nuo à Suecis prope Chem-
nitium in Misnia. Tertiò
haud procul Lipsia in Sax.
Quartò prope Taborum
in Bohemia.

Leopoldus M. aliquoties
in Belgio & ad Rheno ri-
pas clades à Gallis inflctas
tulit; fortiter excepit peri-
cula & insidias à Rebelli-
bus structas, quarum au-
thores extiterunt Petr. Se-
tini, Erasmus Tettenbach,
Christoph. Frangipanus,
Francis. Nadasti Hungar.
plerique Comit. quos licet
capite plexos haud deseruit
Emeric. Teckeli Transyl-
vanie perquam cupidus.

Mathias Palatinū novum Hungaris
concessit per an. 40. omisum. Caro-
lum Liechtensteinium an. 1614. Im-
perij creavit Principem.

Ferdinandus II. ex auctoritate Frid-
erico Palatino Maximilianum I. Bava-
rum creavit Imperij Dapiferū an. 1623.
Eodem ferè tempore Principes Impe-
rij constituit Joan. Georgium Comit.
Hohenzolleranū, Joan. Ulricū Comit.
Eggenbergicum, Adalbertum Comit.
de Lobkowiz, Joannem Philipp. Com-
it. de Salm, Bartholomæum Comit.
Dietrichsteinium, an. autem 1634.
Maximil. Comit. Liechtensteinium.

Idem dixit Eusebium Wallenstei-
nium primò Comit. dein Fridlandiæ
Ducem, Joan. Tillium creavit Impe-
rij Comitē, qui Principis honores sibi
oblatos recusavit. Joannem de Werth
inter Imperij Barones numeravit.

Ferdinand. III. post initam pacem
Westphalicam Carolum Ludovicum
Friderici Palatini nepotem inter Ele-
ctores Imperij in loco octavo consti-
tuit. Catalogo Imperij Principū inse-
ruit circa añum 1653. Albertū Comitē
de Aremberg Joannis Principis filium
Lineæ Barbanonicæ authorem; Leo-
pold. Wilhel. Carol. Comit. de Salm,
Philippi Principis filiū, Joan. Weid-
hardū Comitē de Auersperg, Octaviū
Piccolominium Comit. Italū, Alber-
tum Franc. Comitem de Croy, &c.

Leopoldus M. in Imperij matricula,
at vocant, Imperij Principes novos
scripsit Hieronymum Comit. de Portia
an. 1662. Herman. Egonē Comit. Für-
stenberg. 1664. Joan. Adolph. Comit.
Schwarzenb. 1671. Albertum Ernest.
Comit. Oeting. 1674. Eugenii Alex.
Comit. de Taxis 1681. Georg. August.
Com. Nassoviens. ex linea Idsteiniana
an. 1688. Phil. Reinhard. Com. de Hanau
an. 1696. Imp. hic an. 1692. Ernest. Aug.
Ducē Hanov. Elect. Coll. Prussis 1701.
Regem dedit Frid. Elect. Brand.

Ferdinand. II. Ingol-
stadij liberalib⁹ arti-
b⁹ & scientijs instru-
ctus, Academicæ ju-
ventuti ipse Acade-
miæ Rector exemplò
prorsus rarò præluxit,
jam tum sceptro lon-
gè majori dignissi-
mus: creatus Augu-
stus idoneos Præce-
ptores, eosq; omnes
Romanæ Fidei addi-
ctissimos in Acade-
mijs, Lyceis & Gymna-
sijs constituit. Solis
Societatis Jesu Patrib⁹
novem Musarum do-
micilia ædificavit.

Ferdinand. III. man-
suetiorib⁹ & severio-
ribus literis apprime
excultus an. æt. XVII.
Theses ex Jurispru-
dentia publicas de-
fendit Spectatorum
& Auditorum nobi-
lissimorum approba-
tione maxima.

Leopold. M. lingua-
rum variarū simul &
artiū liberaliū peritiā
rarā insignitus, Biblio-
thecā Cæsareā pluri-
mis auxit voluminib⁹
& artefactis. Colle-
giū, quod *Natura cu-
riosiorū* vocant, privi-
legijs ornavit; *Colleg.
Imper. Historicū*, &
*Colleg. artis Consulto-
rum* dictū laudavit &
promovit. Oeniponti
an. 1669. in Tyroli, &
an. 1701. in Silesia
Academiam erexit.

Quamvis Ferdinand.
II. urbem nullam in-
ter perpetuos belli
tumultus erexerit, tot
tamen templa & do-
mos Religiosas sum-
ptibus maximis ex-
truxit, ut eadē simul
sumptæ ingentem ci-
vitatē efficerent, me-
ritò *DEI civitatem*
dicendam.

Ferdinand. II. Gos-
lariæ in Ducat. Brun-
svic. simul & Worma-
tiæ privilegia confir-
mavit.

Ferdinand. III. Impe-
rij urbes Augustam,
Ulmā, Norimbergā,
Wormatiā, Argento-
ratum non tam Impe-
rij quàm suis met vi-
ribus recuperatas, pri-
stinis tamē privilegijs
ab Imperatore vario
concessis denuo do-
navit.

Leopold. M. varias
Hungariæ urbes Ma-
hometanis ereptas
novis monumentis,
propugnaculis & æ-
dificijs alijs roborav-
it; Leopold stadium
ædificavit; Viennam
ipsam ejusque subur-
bia firmiora reddidit;
Pyramidem ex pario
lapide 66. pedibus al-
tam in honorem SS.
Trinitatis erexit; Ju-
dicium Camerae di-
ctum, Spirā flammis
combustā, Wezlariā
transstulit.

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolo, & Impe- rij annis cognoscendi.	Imperatores Romanae Ecclesiae Praetores.	Imperatores contra Ec- clesiam vel aliquid mo- liti, vel passi.	Imperatores victorij, triumphis, & pace ini- ta gloriosi.
--	---	---	---

SECVLVM XVIII.

- 49. Josephus Leopoldi M. ex tertio connubio filius primogenitus. Symb. *Amore & timore, 6.*
- 50. Carolus VI. Leopoldi fil. secundogenitus. Sym. *Constantia & fortitudine.*

Josephus Imperator in flore aetatis mortuus, iis vixit Ecclesiae & Imperij temporibus, quibus dum voluit favere omnibus, vix potuit multis, praesertim in Italia, fato immaturò erupus Starui Ecclesiastico & Politico.

Carolus VI. Orbem universam famam virtutum verè Catholicarum implens, Imperator simul & Rex Catholicus, Ecclesiae à Mahometanis copijs graviter afflictæ succurrit felicissimè. Cum Clemente XI. Pont. perpetuam concordiam servavit; post hujus fata Innocentium XIII. sibi optavit & impetravit fructu Ecclesiae & Imperij, ut spes est, futuro maximo.

Josephus Imp. Silesis Religionis, ut vocant, libertatem indulgere fuit coactus ab hostibus multis validissimis.

Protestantes verbis & factis, calamis & vix non gladijs jam Rempublicam Christianam in Germania haud parum turbaverunt: tempestatem tamen hanc non armis sed argumentis tanto Caesare dignis Carolus VI. magna ex parte sedavit.

Josephus in Belgio & Italia varias de hostibus retulit victorias, inter quas venit liberatio Augustae Taurinorum. Landavia expugnandae praesens bis Victor adfuit.

Carolus Rex Hispaniae hujus nominis III. per Bataviam, Britanniam majorem, & inde superato mari per Lusitaniam delatur in propria, Barcinonem ab hostibus obsessam liberavit; repetitis dein victorijs in Hispaniae viscera penetravit. Fratris verò Augusti praematura morte in Germaniam revocatus, & ob hoc ab armorum socijs quondam suis desertus Imperator, cum Ludovico XIV. Rastadij & Badenae pacem inter multorum spem ac metum absque strepitu composuit. Dehinc Turcarum ingentes copias bis in Hung. superavit. 1. Temeswar. 2. Albam Graecam &c. adjiciens Hungar. Regno. Inducias denique cum Achmete III. pactum, ab æmulo tamen ad bella provocatus Sicil. Regnum ab hostibus purgavit.

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promo- tores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœ- cenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
<p>Josephus cum Gallis varia fortunâ pugnans tulit clades in Belgio, & aditis Rheno Provincijs.</p> <p>Carolus VI. in Hispania cladem perpeffus, Imperatoris fratris morte à pugnis ulterioribus impeditus, & à Confederatis derelictus Friburgum in Brisgoia Gallis victoribus ad tempus concessit.</p>	<p>Josephus Electorem Palatinum Imperij Dapiferum, Ducem verò Marburgicum Mindelhemij Dominum, simulque Imperij Principem nuncupavit; parem Dignitatis gradum Comiti de Lamberg concessit.</p> <p>Carolus VI. composita cum Francorum Rege Ludovico XIV. pace Coloniae & Bavariae Electores inter Imperij Status loco restituit pristino. Maximilianum Carolum de Eœwenstein, & paulò pòst Comites Fürstenbergicos ad gradum Imperij Principum evexit.</p>	<p>Josephus an. ætatis suæ 18. jam septem aut octo linguas calluit, perdiscens simul præclarè Historiam publicam vel ipso etiam Magistro Viro Principe de Salm &c. Scientijs alijs probè instructus, in rebus dubijs expeditè sententias maximi æstimatas Imperator dixit: Academiam variarum artium, quam <i>Josephinam</i> dicunt, Viennæ erexit.</p> <p>Carolus VI. linguis varijs & literis exornatus, Theses ex Philosophia alijsque scientijs defendit publicas, Magni Genitoris solatiò maximò, & totius Aulæ admiratione summa; eo ex tempore pergit esse Mæcenas Literatorum in Academijs maximè Austriacis, inter quas jure numeratur Friburgo-Brisgoica, quam novis Professoribus auxit, & studijs novis.</p>	<p>Josephus Regiam domum, vulgò <i>Schönbrunn</i> vocatam, expensis regijs extruxit. D. Christi Nutritium Josephum honoratus, hujus in honorem in foro publico insigne monumentum erexit, referens Virginis cum Virgine desponsationem.</p> <p>Pro Basilica S. Stephani campanam 324. centenarijs quin & libris pluribus æqualem fieri curavit.</p> <p>Carolus VI. Temesvariam & Albam Græcam cum alijs Hungariæ & Vicinarum Provinciarum propugnaculis, urbibus ac oppidis Christiani nominis hosti ereptis magna ex parte restauravit, & longè firmiora jam reddidit.</p>

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through. The text is illegible due to its low contrast and orientation.